



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

XXIX

4

QVOD. FELIX. FAVSTVMQVE. SIT.
DISSERTATIO. INAUGVRALIS.
DE.

**PACTIS. CLAV
DICANTIBVS.**

QVAM.
PRAESIDIO.
DOMINI.

SIMONIS. PETRI. GASSERI.

POTENTISSIMO. REGI. BORVSSIAE. A. CONSILIIS. I
MIS. NEC. NON. BELLICIS. ET. DOMANIAL. IVRIVM. ET
RVM. OECONOMICO. CAMERAL. ANTECESSORIS. SCA
NATVS. IN. DVCATV. MAGDEBVRGICO. SENIORIS.
ORDINIS. IVRECONSVLTORVM. DECANI.

*PRO. SVMMIS. IN. VTROQVE. IVRE. HON
RIBVS. CONSEQVENDIS.*

D. XIV. MAI. MDCCCXXXV.

H. I. Q. C.

PVBLCO. EXAMINI. SVBMITTIT.

A V C T O R.

FRIDER. CHRISTIANVS. ROEMER
ISLEB. MANSFELD.

HALAE. SALICAE.

TYPIS. IO. FRIDER. GRVNERTI. ACAD. ET. SENAT. TYPOGR.

DEPARTMENT OF THE ARMY

OFFICE OF THE QUARTERS MASTER
WASHINGTON, D. C.



ORDER OF THE QUARTERS MASTER

TO ALL OFFICERS AND PERSONNEL

OF THE QUARTERS MASTER'S OFFICE

SERENISSIMO. PRINCIPI. AC. DOMINO.

D. O. M. I. N. O.

FRANCISCO

HENRICO.

PRINCIPI. S. R. I. ET. FVNDI-COMITATVS.

MANSFELDIAE. NOBILI. DOMINO. HELDRICH.

GAE. SEEBVRGI. ET. SCHRAPLAVIAE. HELDRICH.

DE. DOBERZISCH. HELDRICH.

LIGENFELDT. STIRSCHOW. SAERTHAL.

ET. HORATZDIOWITZ.

DOMINO. SVO. CLEMENTISSIMO.

SVBMISSISSIMAE. QVODDAM. REVERENTIAE.

SIGNVM. OSTENSVRVS.

DISSERTATIONEM. HANC. ACADEMICAM.

EO. QVO. DECET. ANIMI. CVLTV. ET. OBSEQVIO.

DICAT. ATQVE. CONSECRAT.

CLEMENTISSIMAE. SERENITATI.

EIVS.

SVBIECTISSIMVS.

FRIDERICVS. CHRISTIANVS. ROEMERVS.

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME,

CUm omnibus, qui artibus liberalibus & scientiis nomen dederunt, studii sui atque industriæ reddenda sit ratio; quoniam non sibi, sed rei viuunt publicæ: ad TVVM, **CELSISSIME PRINCEPS**, studiorum meorum rationes confero arbitrium, ac primum diligentiaæ meæ specimen **TIBI** sanctum esse volo. **SERENISSIMAM CELSI-**
TVDI-

TV DINEM TVAM omni, qua de-
cet, pietate veneror, eamque magni
æstimo felicitatem, quod me TER-
RITORII TVI MANSFELDEN-
SIS indigenam prædicare liceat. Scio,
TE, ILLVSTRISSIMORVM
PROAVORVM vestigiis insisten-
tem, quicquid a pio ciue proficisci-
tur, atque ex animo profluit candi-
do, TVO dignari fauore, atque hinc,
tanquam certum, speravi, TE, quod
hasce studiorum meorum primitias
TIBI consecrare non erubuerim,
ægre non laturum. Optauerim
equidem, vt modum potuerim inue-

SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME,

CUm omnibus, qui artibus liberalibus & scientiis nomen dederunt, studii sui atque industriæ reddenda sit ratio; quoniam non sibi, sed rei viuunt publicæ: ad TVVM, CELSISSIME PRINCEPS, studiorum meorum rationes confero arbitrium, ac primum diligentiam meæ specimen TIBI sanctum esse volo. SERENISSIMAM CELSI-
TVDI-

TVDINEM **TV**AM omni, qua de-
cet, pietate veneror, eamque magni
æstimo felicitatem, quod me **TER-**
RITORII TVI MANSFELDEN-
SIS indigenam prædicare liceat. Scio,
TE, ILLVSTRISSIMORVM
PROAVORVM vestigiis insisten-
tem, quicquid a pio ciue proficisci-
tur, atque ex animo profluit candi-
do, **TVO** dignari fauore, atque hinc,
tanquam certum, speravi, **TE**, quod
hasce studiorum meorum primitias
TIBI consecrare non erubuerim,
ægre non laturum. Optauerim
equidem, vt modum potuerim inue-

nire conuenientiore, flagrantia
pietate sincera summo erga SERE-
NITATEM TVAM amore præ-
cordia, ad pedes TVOS demittendi;
sed defectus mearum me excusabit
virium. Proinde hisce tantummodo
vilioribus pagellis internunciis, me
TIBI integrum offerre volo, arden-
tibus simul Deum Ter Optimum Ma-
ximum inuocans precibus, vt TE,
CELSISSIME DOMINE, quam
diutissime incolumem præstet, tuea-
tur, fospitet, PATRIAE, mihi, bonis
omnibus. Halæ Salicæ die XIV. Maii
CICIDCCXXXV.

OECO.

OECONOMIA.

Definitio nominalis de pactis claudicantibus habetur. §. I. Fundam
tum totius Disf. §. II. Princeps leges ferre non potest Iuri natu
contrarias §. III. Ex ratione introductarum ciuitatum demonstrat
pacta reciproca & bilateralia frequentiora esse unilateralibus §. IV.
necessitas paciscendi ex natura introductarum ciuitatum demonstratur §.
Quare certis personis libertas paciscendi restricta sit, ostendit §. VI. Prop
cessantem legis rationem ipsam legem posse negligi, tractatur §. VII. Qui
nem pactorum obseruat, huic facultas paciscendi non potest prohiberi §. V.
Definitio realis totius Diss. habetur §. IX. Ex genere def. ea, quæ discurs
& minus recte composita mente promissa fuere, præstari non debere, dem
stratur §. X. Qui contrahit cum aliquo, eius conditionis expertus esse non
bet §. XI. Pacta in ciuitate admodum sunt utilia §. XII. Pacta, quæ i
pingunt contra ius nat. sunt nulla §. XIII. Pacta claudicantia non sunt con
ius nat. nec nulla, §. XIV. Res aliena in pactum claudicans deducta, hoc n
vitiat §. XV. In pacto claudicante plures paciscentes obligantur pro re
§. XVI. Obligatio ex pacto claudicante acquiritur heredibus, & contra
redes §. XVII. Si vnus heredum rem in pacto claudicante promissa
possideat, in solidum tenetur. §. XVIII. Pacta, quæ contra leges fiunt, cla
dicant. §. XIX. Vis & dolus vitiant pactum §. XX. Indeis etiam excep
pacti claudicantis competit §. XXI. Non alia res quam quæ in pacto cla
dicante expressa, præstari potest §. XXII. Si res in pacto claudicante expr
sa casu perempta fuerit, succedit estimationis præstatio §. XXIII. Pactu
claudicans posterius præferendum est priori §. XXIV. Pactum claudic
mutuo dissensu solui potest. §. XXV. Pactum claudicans producit oblig
tionem & exceptionem. §. XXVI. Ex differentia specifica definit. realis c
monstratur pactum cl. vni laterali dissensu solui posse §. XXVII. Pactum cl.
restit. in integr. differre §. XXVIII. Cui diminutio patrimonii prohibita, hu
pacta sibi damnosa non posse celebrare. §. XXIX. Cur 25. annis minoribus pac
damnosa contrahere sit prohibitum, adparet ex §. XXX. Pupilli pacta clau
§. XXXI. Remouetur dubium de pupillo ad pacta contrahenda incap
§. XXXII. Fideiussor pro pupillo intercedens tenetur. §. XXXIII. No
a pupillo altera parte consentiente facta, valet §. XXXIV. De negata f
cultate testamenti factionis actiue pupillo proponuntur dubia §. XXXV. M
norum pacta certo respectu claudicant §. XXXVI. Minorum pacta cla
dicant

nire conuenientiore, flagrantia
pietate sincera summo erga SERE-
NITATEM TVAM amore præ-
cordia, ad pedes TVOS demittendi;
sed defectus mearum me excusabit
virium. Proinde hisce tantummodo
vilioribus pagellis internunciis, me
TIBI integrum offerre volo, arden-
tibus simul Deum Ter Optimum Ma-
ximum inuocans precibus, vt TE,
CELSISSIME DOMINE, quam
diutissime incolumem præstet, tuea-
tur, fospitet, PATRIAE, mihi, bonis
omnibus. Halæ Salicæ die XIV. Maii
MDCCXXXV.

OECONOMIA.

Definitio nominalis de pactis claudicantibus habetur. §. I. Fundam
rum totius Diss. §. II. Princeps leges ferre non potest Iuri natu
contrarias §. III. Ex ratione introductarum ciuitatum demonstrat
pacta reciproca & bilateralia frequentiora esse unilateralibus §. IV. N
cessitas paciscendi ex natura introductarum ciuitatum demonstratur §. V.
Quare certis personis libertas paciscendi restricta sit, ostendit §. VI. Prop
cessantem legis rationem ipsam legem posse negligi, tractatur §. VII. Qui
nem pactorum obseruat, huic facultas paciscendi non potest prohiberi §. V
Definitio realis totius Diss. habetur §. IX. Ex genere def. ea, quae discurs
& minus recte composita mente promissa fuere, praestari non debere, dem
stratur §. X. Qui contrahit cum aliquo, eius conditionis expertus esse non
bet §. XI. Pacta in ciuitate admodum sunt utilia §. XII. Pacta, quae i
pingunt contra ius nat. sunt nulla §. XIII. Pacta claudicantia non sunt conti
ius nat. nec nulla, §. XIV. Res aliena in pactum claudicans deducta, hoc n
vitiat §. XV. In pacto claudicante plures paciscentes obligantur pro ra
§. XVI. Obligatio ex pacto claudicante acquiritur heredibus, & contra
redes §. XVII. Si vnus heredum rem in pacto claudicante promissa
possideat, in solidum tenetur. §. XVIII. Pacta, quae contra leges fiunt, cla
dicant. §. XIX. Vis & dolus vitiant pactum §. XX. Iudaeis etiam excep
pacti claudicantis competit §. XXI. Non aliae res quam quae in pacto cla
dicante expressa, praestari potest §. XXII. Si res in pacto claudicante expre
sa casu perempta fuerit, succedit aestimationis praestatio §. XXIII. Pactu
claudicans posterius preferendum est priori §. XXIV. Pactum claudica
mutuo dissensu solui potest. §. XXV. Pactum claudicans producit oblig
tionem & exceptionem. §. XXVI. Ex differentia specifica definit. realis a
monstratur pactum cl. unilaterali dissensu solui posse §. XXVII. Pactum cl.
restit. in integr. differre §. XXVIII. Cui diminutio patrimonii prohibita, hu
pacta sibi damnosa non posse celebrare. §. XXIX. Cur 25. annis minoribus pac
damnosa contrahere sit prohibitum, adparet ex §. XXX. Pupilli pacta clau
§. XXXI. Remouetur dubium de pupillo ad pacta contrahenda incap
§. XXXII. Fideiussor pro pupillo intercedens tenetur. §. XXXIII. Notari
a pupillo altera parte consentiente facta, valet §. XXXIV. De negata f
cultate testamenti factionis actiuae pupillo proponuntur dubia §. XXXV. M
norum pacta certo respectu claudicant §. XXXVI. Minorum pacta cla
dicant

dicant, licet tertius intruenerit §. XXXVII. propter damnum emergens non modo, sed etiam lucrum cessans minoris pacta claudicant. §. XXXVIII. Et expressa & tacita minoris pacta claudicant. §. XXXIX. Et iudicialia & extraiud. minoris pacta claudicant. §. XL. Transactiones minorum etiam claudicant §. XLI. Si minor de actione iniuriarum estimatoria transigat, pœnitere eum potest. §. XLII. Si minor ex pacto non sentit iacturam patrimonii, hoc non claudicat §. XLIII. Pacta minorum circa facta prestanda inita non claudicant §. XLIV. Si minor per pactum facta prestanda promiserit, propter lucrum cessans ab eo potest recedere. §. XLV. Dubitatur num iuramentum pacta minorum reddat valida, §. XLVI. negatur quod iuramentum pactis minorum adiectum tollat pœnitentiam, §. XLVII. ulterius deducitur argumentum. §. XLVIII. Explicantur leges obstantes. §. XLIX. & §. L. Pro prodigo declarati pacta certo modo claudicant §. LI. Ille non habet iura prodigi qui prodige viuit, sed qui pro prodigo declaratus est. §. LII. Si prodigus contrahat pacta sibi profutura valent. §. LIII. Pacta prodigi iuramento firmata sunt nulla §. LIV. Prodigus, si corrigat mores, non desinit esse ipso iure sub potestate curatorum §. LV. Furiosus ebrius & ebriosus, insans, non habent iura pacti claudicantis §. LVI. quod pie causæ pacti claud. exceptionem habeant, iniquum esse proponitur §. LVII. Ulterius deducitur argumentum. §. LVIII. Vota & pollicitationes non pertinent ad pacta claud. sunt tamen a. modum taxanda §. LIX. Curiosum de crimine magicæ proponitur argumentum. §. LX. Licet duo paciscendo conueniant, qui iuribus pacti claudicantis gaudent, hoc ius tamen non amittunt §. LXI. Cautela suppeditatur pro his personis, quarum pacta claudicant. §. LXII. & §. LXIII. In pactis claudicantibus non excluduntur præstationes reciproce. §. LXIV. Correaliter obligatus si non sit eiusdem conditionis ac socius, non gaudet socii priuilegiis §. LXV. Quorum claudicant pacta, illi in tantum obligantur, in quantum damno alterius facti sunt locupletiores §. LXVI. Pacta claudicantia etiam circa feuda occurrere possunt defenditur. §. LXVII. LXVIII. LXIX. LXX. LXXI. LXXII. LXXIII. Quod utilitas & versio in rem differant ex fine definitionis realis defenditur. §. LXXIV. Fundamentum reciproce præstationis in pactis claudicantibus est ius naturale §. LXXV. Quorum pacta claudicant, illi etiam aliquando ex mutuo obligantur, §. LXXVI. Ex fine pactorum demonstratur necessitas consensus curatoris circa pacta illius, qui sub cura est; & remedia forensia ex pacto claudicante competentia proponuntur §. LXXVII. & ult.



DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
PACTIS CLAUDICANTIBVS.

§. I



Pacta *claudicantia* dicunt, quando vni paciscentium ab implemento pacti rite initi recedere, illumque poenitere licet. STRYK. *Cautel. contractuum Sect. I. cap. 2. §. 20. ibique allegati.* Cum enim secundum principia iuris tam immediati quam mediati, per pactum & transactionem, in paciscentes inuicem ius transferatur quæsitum, id, quod paciscentibus semel placuit, his displicere amplius non potest, & propterea facultas a mutuis præstationibus per dissensum vnilateralem recedendi nullibi est fundata atque permessa. Verum enim vero in *pactis claudicantibus* res longe aliter sese habet, & id, quod mediante bilaterali consensu contractum fuit, per vnilateralem dissensum iterum dissolui potest, proinde eiusmodi pactum altero quasi pede claudum est.

A

§. II

§. II. Disquirendum igitur esse non inique iudico, quod fundamento & qua ex ratione certis personis a LL. permissum sit, ut ab his, quæ mutuo consensu contraxerunt, per dissentum unilateralem recedere possint, cum hoc primo intuitu Principia iuris naturalis admodum violare videatur. Pacta enim sunt iuris naturæ, & semel inita ceu leges diuinæ seruanda. GYNDLING. *in Jure nat. & gent. Cap. XI. §. 6.* Scimus equidem in Principiis seu legislatoris arbitrio esse, qua ratione ius naturale vel ampliare vel limitare velit; inde tamen hoc non concedimus, ut tale quid pro sua voluntate statuatur, quod iuri naturali directo contrariatur; nam & ipse princeps naturali iure obligatur, proinde si ut optimum civitatis caput sese exhibere velit, ius civile ad ius naturale tantummodo applicare tenetur.

§. III. Quæ ex causa etiam principis est circa pacta & contractus civium, eiusmodi leges suppeditare, quales iuri naturali haud contrarias esse, ex accurato patescit examine. Quare, fundamentum atque principium totius dissertationis nostræ ut eo magis elucescat, *primo de pactis in genere, & post de pacto ita dicto claudicante in specie* verba sumus facturi.

§. IV. Introductis igitur civitatibus patrimoniisue diuisis, nemo habere præsumitur vires abundantes, nisi mentem suam de his per pactum exposuerit. Cum vero nemo viribus ad eo abundet facile, ut reciprocis vicissim non indigeat præstationibus, propterea etiam experientia docemur, quod frequentiora sint pacta reciproca & bilateralia unilateribus & non reciprocis.

§. V. Eam enim ob causam civitates introductas fuisse patet ex historia uniuersali, ut quisque patrimonium certum atque separatum habere queat, nemo vero adeo amplum sibi unquam comparabit patrimonium, ut singulis rebus abundet nec alterius egeat auxilio; sed *terti* auxilium & vires abundante nulla alia ratione nisi mediante pacto experiri poteris. Hinc patescit necessitas paciscendi, & leges de pactis præscribendi.

§. VI. Qui igitur pacta contrahunt, nihil aliud agunt, quam quod vires suas abundantes & deficientes, hactenus incertas, per specialem conventionem determinent. Nemo autem hoc negabit, quod determinatio virium abundantium & deficientium supponat præmeditatam deliberationem & verum principium, deliberatio maturum iudicium & suppressionem affectuum, iudicium vero crescentibus annis demum crescit, at ille maturius, hic tardius viribus sufficientibus intellectus pollet. Ne autem inde prolixæ moueantur controuersæ, num quis sufficientes vires intellectus habeat nec ne? legislator certum præscripsit ætatis terminum, nempe XXV. aut in Saxonia XXI. annorum, ubi facultates maturiores intellectus præsumit, reliquis vero, qui hanc legitimam ætatem nondum sunt consecuti, vt & his, qui nimium affectibus suis indulgent & praua dilapidandi patrimonium suum laborant consuetudine, administrationem bonorum suorum interdixit. Cessante autem administratione rerum suarum, cessat pactum de his rebus in alium transferendis: hinc patet, si nihilominus eiusmodi pacta fiant, cur *claudicent* respectu horum, quibus libera paciscendi facultas lege interdicta.

§. VII. Simulac vero illi, quibus administratio rerum suarum propter iudicii immaturitatem aut alias causas interdicta est, maturitatem iudicii aut correctionem morum contrariis ostendunt actionibus, & paciscendo sese ceu bonos patresfamilias exhibent, adeoque patrimonium suum non minuunt sed augent, pacta haud amplius claudicant, sed producant actionem & exceptionem, pro natura conventionis competentem. Hinc intelliges, cur illi, cui prohibita est rerum suarum administratio, competat electio, vtrum, si pacta inita sibi damnosa fore videat, ab his discedere, an si certum inde expectare possit emolumentum, ea adimplere, & alterum paciscentem pariter ad præstationem reciprocam adigere malit.

§. VIII. Quare singula pacta & bilateralia & unilateralia, & de factis & de rebus præstandis, illi, quibus ob immaturitatem

iudicii sui administratio patrimonii interdicta est, contrahere, & sese valide obligare possunt, dummodo paciscendo promoveant sibi utilitatem. Legislatoris enim perpetua est voluntas & cura, ne civium patrimonia diminuantur sed ut augeantur, & hoc ultimum fieri videmus in paciscentibus sibi certum lucrum & emolumentum, unde cuiuscunque conditionis sint, valide eiusmodi possunt contrahere pacta, si modo intellectus & voluntas non penitus deficiat.

§. IX. *Pactum claudicans est conventio iuris mediati, ex quo alteri paciscentium, immaturitate iudicii aut prava dilapidandi patrimonium consuetudine laboranti, facultas ab inito pacto recedendi competit, in casu damni emergentis aut lucri cessantis, ut ipsius penitentis promoveatur utilitas.*

AXIOMA I.

Pactum claudicans est iuris mediati.

§. X. Ius *immediatum* supponit vires abundantes & deficientes iam determinatas, quarum existentiam quilibet scire potuit, & licet ignoraverit, tamen non læditur. In iure *mediate* autem vires abundantes & deficientes mediante pacto demum certæ fiunt & determinantur inter paciscentes, pacta vero dici nequeunt rite inita atque perfecta, nisi deliberatio sufficiens de viribus abundantibus & deficientibus præcesserit, & seria demum declaratio subsequuta fuerit, prout §. VI. in fundamento iam monuimus. Hinc ea, quæ minus recte composita mente, vel, ut vulgo dicitur, *discursive* promissa & proiata fuere, producere nequeunt obligationem *arg. §. 1. l. de milit. testam.* ibi: *ut* plerumque sermonibus fieri solet.

§. XI. Ex his, quod nempe ad pacta rite ineunda requiratur præmeditata voluntatis declaratio, satis superque patescit, neminem pacta valide contrahere posse, qui immaturitate iudicii adhuc laborat: mediante enim illo rebus nostris optime præesse discimus & ad pacta contrahenda habiles euadimus; quare in paciscendo ætas & reliquæ personarum circumstantiæ explorandæ sunt, & hoc eo minus in vitium verti potest, quo certius hac cau-

tio-

tione in contrahendo euitantur damna. *Hinc* qui cum aliquo contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius, cum quo contrahit *L. 19. ff. d. R. I. v. Mandat. Sax. El. d. d. 25. April. 1724.*
2) Mandat. von Aufborgung junger Leute §. IV.

§. XII. *Ius mediatum* seu civile porro supponit statum civilem & diuisa patrimonia; ex natura vero patrimoniorum inter singulos ciues diuisorum vires abundantes & deficientes tam diu manent incertæ, donec per pacta & conuentiones determinentur atque denominentur: Hinc adparet, pacta & conuentiones in ciuitate admodum necessarias & ad commoditatem & vtilitatem ciuium promouendam aptas esse.

§. XIII. De cætero ex natura iuris *immediati* satis clarescit, nulla in rebus publicis pro validis declarari posse pacta, quæ in ius immediatum seu naturale directo impingunt *L. 45. §. 1. ff. d. R. I.* Ius naturale enim vbique norma & fundamentum legum ciuiliū esse debet, & vt vulgo DD. statuunt, possunt quidem fieri leges & conuentiones *præter ius naturale*, minime autem *contra* illud; nec obstat *L. 6. ff. d. Iustit. & Iure.* melius rem illustrat §. II. *I. d. Iur. N. & Gent. Ciu.* vnde etiam illud vulgatum traxit originem, quod lex & conuentio, contra ius naturæ lata & contracta, sit ipso iure nulla. Licet enim illa regula proprie in legibus ferendis applicatur, circa pacta tamen etiam adhiberi potest, quia pacta pariter sunt leges inter paciscentes latæ, ideoque præcise seruandæ *L. 25. ff. §. 10. d. V. O.*

§. XIV. Vnde videntur leges claudicantes seu pacta claudicantia vituperanda, quoniam in eo, juri naturali contrariari videntur, quod alteri paciscentium ius auferant quæsitum. Sed ad hoc respondeo: Secundum iuris naturalis regulas nemo pacta potest contrahere, nisi qui sufficientibus intellectus facultatibus de viribus abundantibus & deficientibus deliberandi gaudet. *GVNDLING. in Iure Nat. Cap. XI. §. 39.* Illæ vero facultates in paciscentibus iudicio immaturis deficiunt, propterea legislatori incubuit in vtilitatem reipublicæ eorum pacta limitare; hinc administrationem bonorum & patrimonii, vt & pacta de rebus propriis

§. II. Disquirendum igitur esse non inique iudico, quod fundamentum & qua ex ratione certis personis a LL. permittitur fit, ut ab his, quæ mutuo consensu contraxerunt, per dissensum unilateralem recedere possint, cum hoc primo intuitu Principis iuris naturalis admodum violare videatur. Pacta enim sunt iuris naturæ, & semel inita ceu leges diuinæ seruanda. GYNDLING. *Jure nat. & gent. Cap. XI. §. 6.* Scimus equidem in Principis seu legislatoris arbitrio esse, qua ratione ius naturale vel ampliare vel limitare velit; inde tamen hoc non concedimus, vultale quid pro sua voluntate statuatur, quod iuri naturali directè contrariatur; nam & ipse princeps naturali iure obligatur, proinde si ut optimum ciuitatis caput sese exhibere velit, ius civile ad ius naturale tantummodo adplicare tenetur.

§. III. Quæ ex causa etiam principis est circa pacta & contractus ciuium, eiusmodi leges suppeditare, quales iuri naturali haud contrarias esse, ex accurato patescit examine. Quare, fundamentum atque principium totius dissertationis nostræ ut magis elucescat, *primo* de pactis in genere, & *post* de pacto in dicto *claudicante* in specie verba sumus facturi.

§. IV. Introductis igitur ciuitatibus patrimoniisue diuisis, nemo habere præsumitur vires abundantes, nisi mentem suam de his per pactum exposuerit. Cum vero nemo viribus ac eo abundet facile, ut reciprocis vicissim non indigeat præstationibus, propterea etiam experientia docemur, quod frequentiora sint pacta reciproca & bilateralia unilateralibus & non reciprocis.

§. V. Eam enim ob causam ciuitates introductas fuisse patet ex historia vniuersali, ut quisque patrimonium certum atque separatum habere queat, nemo vero adeo amplum sibi vtrumquam comparabit patrimonium, ut singulis rebus abundet ne alterius egeat auxilio; sed *tertio* auxilium & vires abundantes nulla alia ratione nisi mediante pacto experiri poteris. Hinc patescit necessitas paciscendi, & leges de pactis præscribendi.

§. VI. Qui igitur pacta contrahunt, nihil aliud agunt, quam quod vires suas abundantes & deficientes, hæcenus incertas, per specialem conventionem determinent. Nemo autem hoc negabit, quod determinatio virium abundantium & deficientium supponat præmeditatam deliberationem & verum principium, deliberatio maturum iudicium & suppressionem affectuum, iudicium vero crescentibus annis demum crescit, at ille maturius, hic tardius viribus sufficientibus intellectus pollet. Ne autem inde prolixæ moueantur controuersæ, num quis sufficientes vires intellectus habeat nec ne? legislator certum præscripsit ætatis terminum, nempe XXV. aut in Saxonia XXI. annorum, vbi facultates maturiores intellectus præsumit, reliquis vero, qui hanc legitimam ætatem nondum sunt consecuti, vt & his, qui nimium affectibus suis indulgent & praua dilapidandi patrimonium suum laborant consuetudine, administrationem bonorum suorum interdixit. Cessante autem administratione rerum suarum, cessat pactum de his rebus in alium transferendis: hinc patet, si nihilominus eiusmodi pacta fiant, cur *claudicent* respectu horum, quibus libera paciscendi facultas lege interdicta.

§. VII. Simulac vero illi, quibus administratio rerum suarum propter iudicii immaturitatem aut alias causas interdicta est, maturitatem iudicii aut correctionem morum contrariis ostendunt actionibus, & paciscendo sese ceu bonos patresfamilias exhibent, adeoque patrimonium suum non minuunt sed augent, pacta haud amplius claudicant, sed producant actionem & exceptionem, pro natura conventionis competentem. Hinc intelliges, cur illi, cui prohibita est rerum suarum administratio, competat electio, vtrum, si pacta inita sibi damnosa fore videat, ab his discedere, an si certum inde expectare possit emolumentum, ea adimplere, & alterum paciscentem pariter ad præstationem reciprocam adigere malit.

§. VIII. Quare singula pacta & bilateralia & unilateralia, & de factis & de rebus præstandis, illi, quibus ob immaturitatem

iudicii sui administratio patrimonii interdicta est, contrahere & sese valide obligare possunt, dummodo paciscendo promoveant sibi utilitatem. Legislatoris enim perpetua est voluntas & cura, ne civium patrimonia diminuantur sed ut augeantur, & hoc ultimum fieri videmus in paciscentibus sibi certum lucrum & emolumentum, unde cuiuscunque conditionis sint, validi eiusmodi possunt contrahere pacta, si modo intellectus & voluntas non penitus deficiat.

§. IX. *Pactum claudicans est conventio iuris mediati, ex quo alteri paciscentium, immaturitate iudicii aut prava dilapidandi patrimonii consuetudine laboranti, facultas ab inito pacto recedendi competit, in casu damni emergentis aut lucri cessantis, ut ipsius penitentis promoveatur utilitas.*

AXIOMA I.

Pactum claudicans est iuris mediati.

§. X. Ius immediatum supponit vires abundantes & deficientes iam determinatas, quarum existentiam quilibet scire potuit, & licet ignoraverit, tamen non læditur. In iure mediato autem vires abundantes & deficientes mediante pacto demum certæ fiunt & determinantur inter paciscentes, pacta vero dicuntur nequeunt rite inita atque perfecta, nisi deliberatio sufficiens de rebus abundantibus & deficientibus præcesserit, & seria demum declaratio subsequuta fuerit, prout §. VI. in fundamento iam monuimus. Hinc ea, quæ minus recte composita mente vel, ut vulgo dicitur, *discursive* promissa & proiata fuere, producere nequeunt obligationem *arg. §. 1. l. de milit. testam.* ibi: *verba* plerumque sermonibus fieri solet.

§. XI. Ex his, quod nempe ad pacta rite ineunda requiratur præmeditata voluntatis declaratio, satis superque patescit, neminem pacta valide contrahere posse, qui immaturitate iudicii adhuc laborat: mediante enim illo rebus nostris optime præesse discimus & ad pacta contrahenda habiles euadimus; quare in paciscendo ætas & reliquæ personarum circumstantiæ exploranda sunt, & hoc eo minus in vitium verti potest, quo certius hæc cautio-

tione in contrahendo euitantur damna. *Hinc* qui cum aliquo contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius, cum quo contrahit *L. 19. ff. d. R. I. v. Mandat. Sax. Et. d. d. 25. April. 1724.*
2) Mandat. von Aufborgung junger Leute §. IV.

§. XII. *Ius mediatum* seu civile porro supponit statum civilem & diuisa patrimonia; ex natura vero patrimoniorum inter singulos ciues diuisorum vires abundantes & deficientes tam diu manent incertæ, donec per pacta & conuentiones determinentur atque denominentur. Hinc adparet, pacta & conuentiones in ciuitate admodum necessarias & ad commoditatem & vtilitatem ciuium promouendam aptas esse.

§. XIII. De cætero ex natura iuris *immediati* satis clarescit, nulla in rebus publicis pro validis declarari posse pacta, quæ in ius immediatum seu naturale directo impingunt *L. 45. §. 1. ff. d. R. I.* Ius naturale enim vbique norma & fundamentum legum ciuiliū esse debet, & vt vulgo DD. statuunt, possunt quidem fieri leges & conuentiones *præter ius naturale*, minime autem *contra* illud; nec obstat *L. 6. ff. d. Iustit. & Iure.* melius rem illustrat §. II. *I. d. Iur. N. & Gent. Ciu.* vnde etiam illud vulgatum traxit originem, quod lex & conuentio, contra ius naturæ lata & contracta, sit ipso iure nulla. Licet enim illa regula proprie in legibus ferendis applicatur, circa pacta tamen etiam adhiberi potest, quia pacta pariter sunt leges inter paciscentes latæ, ideoque præcise seruandæ *L. 25. ff. §. 10. d. V. O.*

§. XIV. Vnde videntur leges claudicantes seu pacta claudicantia vituperanda, quoniam in eo, juri naturali contrariari videntur, quod alteri paciscentium ius auferant quæsitum. Sed ad hoc respondeo: Secundum iuris naturalis regulas nemo pacta potest contrahere, nisi qui sufficientibus intellectus facultatibus de viribus abundantibus & deficientibus deliberandi gaudet. GUNDLING. *in Iure Nat. Cap. XI. §. 39.* Illæ vero facultates in paciscentibus iudicio immaturis deficiunt, propterea legislatori incubuit in vtilitatem reipublicæ eorum pacta limitare; hinc administrationem bonorum & patrimonii, vt & pacta de rebus propriis

in alium transferendis, certis personis in iure civili penitus interdicta esse omnino non ignoramus, ne singulis patrimonii visceribus dilaceratis, onus & damnum inevitabile reipublicæ in emergat.

§. XV. Quemadmodum autem in genere nota est, & in iure civili fundata regula, quod res aliena in pactum deducta, hoc non vitiet *L. 28. ff. d. contrab. Emptione*: Ita etiam hoc de præsentis pacto claudicante in specie nemo negabit, quoniam illa, quæ generari competunt, denegari nequeunt speciei. Notandum tamen est, quod in pacto claudicante res aliena in tantum non noceat, quantum alter paciscentium ad pacta contrahenda omnino habilis, mediante exceptione rei alienæ in pactum deductæ, ab implimento pacti initi sese liberare nauat operam; tertius enim, qui ex titulo dominii rem alienam in pactum deductam vindicat, factam datam habet intentionem & actionem, atque certam rei suæ expectare potest recuperationem, nisi usucapio interuenerit *BRVNI NEMANN in Comment. ad ff. ad L. 28. de contrab. Emptione*. Sed is, cui restitutio iniungitur, saluam habet actionem ad euictionem præstandam ab eo, qui rem alienam præstitit.

§. XVI. Quid? quod, ex natura determinationis virium abundantium & deficientium patescit, quod aliquando quis adeo vires deficientes habere possit, ut vnus reciproce paciscens eas ex patrimonio suo supplere nequeat, sed collatione plurium opus sit. hinc regulam de pactis in genere ortam esse videmus, quod plures paciscentes tantummodo obligentur pro rata per *L. ii. ff. §. 2. de duob. reis: Constit.* Id quod etiam ad pacta claudicantia applicari posse nullus dubito, quia pactum claudicans est species pactorum, & ratæ, quas inter plures paciscentes singuli in individuo conferre debent, ipso iure sunt diuisæ & per calculum determinatæ, adeoque nemini contra calculum & ratam certam maior iniungi potest præstatio; secus autem res se habet, si singuli, vel vnus ex pluribus beneficio diuisionis renunciauerit.

§. XVII. Sicuti denique ex legibus & analogia iuris notum est: Actiones & obligationes ex iure *mediato* seu civili competunt

tentes in dubio dari heredibus & contra heredes. *L. 12 ff. d. O. § A.* ita & obligationem & actionem e pacto claudicante promanantem in heredes transferri, & contra heredes competere non inique statuo, propterea quod pacta claudicantia æque ad ius mediatum spectant. Hinc heredes pro rata obligationem præstant & ex actione competente lucrum pariter sentiunt pro rata, *L. 2. C. d. hereditariis actionibus.* Vide insuper e, quæ monuit *Illustr. Dr. PRAESES in prælectionibus suis ad Codicem* de hereditariis action.

§. XVIII. Sed si vnus heredum rem in pacto claudicante promissam possideat integram, in solidum tenetur, nec vti potest exceptione diuisionis, saluum tamen habet regressum contra reliquos coheredes, & damnum reparare potest ex massa hereditaria; plus enim esse in ipsa re, quam in eius æstimatione leges euincunt *L. 24. ff. d. R. I.* Et in genere obseruandum est, si actiones hereditariæ sint reales, semper aduersus possessorem competunt, licet solus heres non sit, sufficit enim, quod damnum emergens ex massa hereditaria & a coheredibus suis recuperare possit. Id quod *Dn. PRAESES Præl. ad C. cit. loc.* legibus & rationibus sufficienter probauit.

§. XIX. *Pactum claudicans est ius mediatum*, vt ex genere definitionis satis elucescit; ius mediatum supponit principem & res publicas, princeps præscribit leges & media, subditi iuxta illas actiones suas dirigunt. Hinc satis luculenter adparet, cur certa *claudicent* pacta, quæ contra præscriptam legislatoris voluntatem quodammodo inita fuerint? Leges enim sunt media optima & vniuersalia; proinde licet vnus aut alter ex illarum obseruatione damnum sentiat, propterea tamen non sunt abrogandæ; & sufficit, si modo plurimis media in legibus præscripta sint proficua. Hinc licet ratio legis aliquando cessare videatur, propterea tamen a lege minime gentium recedendum est; unius etiam legis plures esse possunt causæ atque rationes; & licet vna deficiat, altera tamen manet.

§. XX. Vti vero in pactis & contractibus componendis in genere *vis & dolus* concurrere potest: ita hoc pariter in pacto claudicante

dicante potest accidere. Quemadmodum autem prætor læsis per vim atque dolum in genere mediante restitutione in integrum succurrit, prouti patet ex toto *tit. ff. quod met. caus. § d. dol. mal.* ita & læsis per dolum & vim in pacto claudicante restitutio in integrum denegari nequit, dolus enim & vis sunt impedimenta moralia & physica, quibus per sufficientem obuiam iri nequit deliberationem; hac vero cessante cessat pactum.

§. XXI. *Pactum claudicans est ex iure mediato.* Ius mediatum seu civile ad ius immediatum seu naturale æque pertinet, licet ius civile introductis demum ciuitatibus ortum sit, & ad comoda singulorum ciuium promouenda spectet. Hinc nec Iudæis exceptio pacti claudicantis denegari potest, multo minus iis, qui locum forumque domicilii in territorio clauso Romani habeat Imperii, & onera publica singulis ciuibus communia præstant, vulgo die *Schutz-Juden*; quis tanquam subditi secundum tenorem iuris ciuilibus diiudicandi sunt tam in odiosis, quam fauorabilibus; nec obstat A. Bulla, qui Iudæos declarat Imperatoris seruos, *Kayserliche Cammer-Knechte.* vid. Ill. a *LYDEWIG in comment. ad A. B. pag. 845.* Licet enim ex principiis iuris ciuilibus Romani seruis ius ciuitatis non competat; hoc tamen nos non tangit, nec opus est inquirere, num Iudæi Imperatori priuatiue subiaceant? cum ex iure publico satis adpareat, quod statibus Imperii ius Iudæos recipiendi competat. *STRVV. in Iur. Publ. d. Reditib. § Iur. sacr. Imperat. §. 5.* hoc autem supposito Imperatoris ius priuatiuum in Iudæos eo ipso corrui.

§. XXII. *Pactum claudicans est iuris mediati;* in iure mediato vires abundantes & deficientes demum mediante pacto certæ fiunt, hinc perfecta determinatione determinantibus vires suas datur ius quæsitum res determinatas præcise exigendi. Proinde nulla res alia in pactum hoc deduci & agenti in solutionem offerri potest, nisi promissa, non enim eadem utilitas ex alia atque alia re percipi potest; propter futuram vero utilitatem, ex re certa percipiendam pacta de re certa præstanda fiunt. Hinc patet, cur alia res offerri nequeat, nisi res promissa casu aut culpa per-

emta

emta fuerit, tunc enim eius æstimatio, & si culpa concurrat, omne interesse & damnum illi præstandum est, cui certa res per pactum determinata, dari debuisset.

§. XXIII. Cum enim iniuria casus fortuiti, debitori vires abundantes speciatim determinatas præcise præstandi, auferri occasio, aut res determinata deterior reddi possit, omnino creditori per æstimationis præstationem subsidiariam succurrendum est; licet res ipsa præstari non possit, si sit genus: si vero species, casum patitur tanquam incommodum, qui rei commoda per pactum vi domini iuris naturæ sibi adquisiuit. Ceterum creditori res deteriorata obtrudi non potest, quoniam illa eam adhuc non præstat utilitatem, quam ante deteriorationem præstitisset.

§. XXIV. Prouti denique iuris mediati regulis consentaneum est, vt voluntas posterior semper præferenda sit antecedenti, quoniam in vltima voluntate maturior accessisse præsumitur deliberatio: ita & hoc pacto claudicanti tanquam speciei iuris mediati nunquam refragatur, ideoque posterius semper tollit prius *L. 12. C. de donat.* dummodo de eadem re, inter easdem personas celebratum, & antecedenti pacto directo contrarium fuerit; sin autem pactum posterius & prius ita se habeant, vt, aut nihil aut parum contrarietatis in his deprehendatur, tunc aut ambo simul in totum, aut pro parte paciscentes obligant. *L. 27. §. 2. ff. de pact.*

§. XXV. *Pactum claudicans est iuris mediati*; ex iure mediato certa fit obligatio per expressam voluntatis declarationem bilateralem, hinc etiam per expressam voluntatem contrariam bilateralem tolli potest; mutuo enim consensu pactum claudicans contrahitur, quare etiam mutuo dissensu pristina obligatio aut in totum aut pro parte tolli potest. Propterea legem *35. ff. de R. I.* optime huc quadrare credunt, quæ ita: *nihil tam naturale, quam eo genere quodque dissolueri, quo colligatum est; ideoque verborum obligatio verbis tollitur, nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur*, regulariter enim non nisi eiusdem causæ vires sufficiunt ad destruendum ea, quæ necessaria erant ad producendum effectum, sed hodie solum pactum sufficit.

§. XXVI. *Pactum claudicans est iuris mediati*, ius mediatum producit vires abundantes & deficientes expresse determinatas, determinatio obligationem, obligatio actionem & exceptionem. Cum enim plurimi tam peruerse agant paciscentium, ut obligationibus omni ex parte non satisfaciant, aut plus quam pacto determinatum, exigant; media nobis quærenda sunt, quibus debitorem ad præstanda ea, quæ pactus est, adigere, aut plus petentem repellere possimus, eaque consistunt in actione & exceptione, nec in effectu a se inuicem differunt.

AXIOMA II.

Pactum claudicans uni paciscentium immaturitate iudicii, aut praua dilapidandæ patrimonium consuetudine laboranti prodest ad id, ut in casu damni emergentis aut lucri cessantis ab implemento initi pacti recedere possit.

§. XXVII. Fundamentum differentię specificę pacti claudicantis ab aliis pactis consistit in *pœnitentia unilateralis*, uni paciscentium, ob interdictam bonorum administrationem aut immaturitatem iudicii permittitur. Mediante enim iudicio perfecto rebus nostris solum modo optime præesse discimus; hinc patet, cur in principio *I. d. autorit. tutorum*, sancitum sit; *quod in his causis, ex quibus obligationes mutue nascuntur, ipsi quidem, qui cum pupillis contrahunt, sicut tutoris aut curatoris autoritas non interuenierit, obstringantur, at inuicem pupilli & minores minime obligentur.* Huc etiam pertinet *l. 13. §. 29. ff. de O. & A. l. 1. ff. de minorib. 25. annis.* Rationem legum defectum & immaturitatem iudicii esse, certissime mihi persuasus sum. Proinde legislator immaturitate iudicii laborantes facillimo modo a prudentioribus & ætate maioribus decipi atque defraudari posse præsumit; ideoque his pœnitendi facultatem concedit, ut hac ratione fraudes & damna vitare possint.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Ex præmissis ergo satis innotescit, quod pactum claudicans seu facultas poenitendi & ab implemento initi pacti recedendi; vt & restitutio in integrum longe inter se differant. Restitutio enim in integrum supponit pactum iam iam adimpletum, quod mediante restitutione demum dissoluitur; ac omnia in pristinum statum reducuntur. Sed pactum claudicans perfectum quidem est pactum, neque deficit mutuus consensus; nec tamen implementum huius pacti iam subsequutum est, ideoque si vnus paciscentium ad paciscendum omnino habilis, contra alterum, propter immaturitatem iudicii inhabilem, ad implementum pacti agat, hic mediante exceptione poenitentiae agentem repellere, & vincula pacti penitus interrumpere potest, id quod regulariter quidem prohibitum *L. 1. §. L. 7. in fin. ff. de rescind. vendit.* immaturitate tamen iudicii laborantibus in sui & reipublicæ fauorem permittitur; prouti ex §. antecedenti facile dignosci potest.

§. XXIX. His præmissis, ad aliam conclusionem exponendam me accingo, & subsequenter statuo regulam generaliorrem: Quicumque ex iure immediato seu naturali obligatur, propter lubricum vero ætatis, & patrimonii sui profusionem ab implemento eiusmodi pactorum dispensatur, quibus patrimonium suum diminuit; ille pacta sibi vtilia, & patrimonium haud diminuentia contrahere; a minus vtilibus autem impune recedere, & id, quod semel placuit, contra principia naturalia pactorum reuocare, eoque ipso proprium & reipublicæ commodum promouere potest; nullam enim fundatam sese per pactum sibi damnosum valide obligandi habuit intentionem.

§. XXX. *Lubrica* enim ætas illegitima recte in legibus appellatur, quod multis erroribus obnoxia, & affectibus maiorem in modum dedita sit *L. 1. ff. de min. 25. annis.* Cum autem voluptati & affectibus nulla alia ratione melius indulgeri potest, quam mediante pecunia, ceu medio ad promouendam voluptatem præ plurimis habili; hoc vero per alienationem rerum &

patrimonii facillime acquiritur, illa tamen nimis intempestiva rerum alienatio & deterioratio paulo post in alienantium proprium detrimentum & reipublicæ onus vergit. Hinc innotescitur legislator annis viginti & quinque minoribus, ob præsumptam leuitatem, quam in rebus & patrimoniis suis administrandis committerent; & 25 annis maioribus, si patrimonii sui viscera dilacerent atque penitus dissipent, administrationem rerum suarum & pacta de his rebus alienandis contrahenda interdixerit atque prohibuerit; vt lineæ sequentes satis ostendent.

§. XXXI. Præmissis generalioribus ad specialiora me conuerto & postquam illos ex speciali legislatoris voluntate, exceptionis pœnitentiæ seu pacti claudicantis capaces esse deduxi, qui ætatis imbecillitate, aut praua dilapidandi patrimonium consuetudine lapsi, paciscendo sibi contraxerunt præiudicium; necessarium esse existimo, vt eiusmodi paciscentes nominatim recenseam. Primum itaque locum obtinere debet *pupillus*, qui iamiam excessit infantiam, *L. 3. C. d. præscript. 30. ann.* & pubertati proximus est; Ille ob præsumptas imbecilles intellectus & iudicii vires in tantum quidem ad paciscendum penitus est incapax, vt alteri capaci absque tutoris auctoritate sese valide obligare possit, minime tamen huic interdendum est per pacta sibi promouere vtilitatem atque commodum, licet tutoris auctoritas deficiat §. 8. *I. d. inutil. stipul.* hinc ex pacto alterum paciscentem & stipulantem recte ad implementum pacti adigit pupillus, ab eo autem, quod ipse stipulatus est, impune recedit, & initum pactum penitus dissoluit, si inde verendum sit damnum atque detrimentum; & ita hoc pactum ab aliis differt claudicatione.

§. XXXII. Licet enim pupillus dicatur, qui haud ita pridem ex ephēbis excessit; adeoque ille propter defectum virium intellectus ad paciscendum plane inhabilis existimandus esset, nec statuendum, quod sibi per pacta absque tutoris auctoritate contracta vtilitatem promouere valeat; nihilominus tamen contrarium adferen-

adferendum esse arbitror; quia pupillus ratione, & facultate recte cogitandi in totum non destituitur, sed ea omnino experientia teste pollet. Adeoque si per pactum absque tutoris interuentione initum sibi promoueat utilitatem; statuendum est, quod pupillus viribus intellectus optime usus, neque feruore iuuentutis & affectibus impulsus in damnum proprium quid molitus fuerit; proinde etiam decisiones *Legis 21. ad L. Falcid. L. 25. §. 1. ff. quand. dies leg. ced. L. 1. in fin. ff. d. nouat.* patescunt, quæ pupillum naturaliter minime vero ciuilitate per pactum absque tutoris autoritate contractum obligari sanciunt. Nec obstat *L. 59. ff. d. V. O.* quæ pupillum in mutuo ne naturaliter quidem obligari refert; cum illa 1) agat de pacti specie, nempe mutuo, non autem de pactis in genere: 2) omni destituatur ratione, & ex prioribus legibus explicanda sit: 3) nec inficias ibis, quod si legislator philosophum egerit, & errauerit, quod Ictus a sententia philosophi recedere possit: Vid. tamen *elegantem legem 95. §. 2. ff. de solut.* quæ sancit, si pupillo succedat hæres creditor, qui ei pecuniam sine tutoris autoritate credidit, quod creditor solidum debitum ex hæreditate retinere atque deducere possit, in præiudicium tertii, licet pecunia mutuo data in rem pupilli non fuerit versa.

§. XXXIII. Ex naturali pupillorum in pactis obligatione, a legislatore in utilitatem reipublicæ modificata atque limitata, innotescit porro, cur fideiussor pro pupillo absque tutoris autoritate pacifcente, intercedens teneatur, licet pupillus facultatem poenitendi adhibere & a semel inito pacto recedere velit *per l. 12. ff. d. O. §. A.* Quoniam enim legislator propterea naturalem limitauit obligationem, atque pupillo facultatem poenitendi & ab implemento initi pacti recedendi concessit, vt, si forsitan pacifcendo læsus aut captus fuerit tali remedio omne detrimentum atque damnum euitare possit; in pacto vero vbi fideiussor interuenit, damnum non in pupillum, sed in fideiussorem ad pacta contrahenda omnimodo habilem redundat; hic vero poenitendi & pacta inita dissoluendi facultate non pollet, proinde

de solus in solidum, non perpenſa exceptione excuſſionis ſingula pacti capita adimplere tenetur, quid enim utilitatis habet excuſſionis exceptio; ſi is, contra quem excuſſio inſtituenda, ad leges, quas circa pacta præſcriptas ſcimus, non adſtringitur, ſed ab illis pro lubitu diſcedere poteſt?

§. XXXIV. Eadem eſt ratio, cur nouatio a pupillo, conſentiente altero paciſcente ſuſcepta, valida ſit & debitorem ſurrogatum plenarie obliget. *L. I. §. l. ff. d. nouat.* Si enim pupillus naturaliter per pactum non obligaretur, ſed ad contractus celebrandos plane inhabilis eſſet, etiam nouatio non poſſet conſiſtere, cum illa ſe referat ad aliud præcedens pactum, ſed ſi hoc ipſo iure fuerit nullum, nouatio tanquam correlatum eſſet ſuperuacanea, nec producere poſſet obligationem. Neque hoc ob eſt, quod prior obligatio, licet non penitus nulla, imperfecta tamen fuerit: paciſcentes enim atque nouationem ineuntes hoc ſibi imputent, quod pupillum nouantem admiferint.

§. XXXV. Hinc ſingulare quid deprehendo in eo, quod pupillo pubertati proximo teſtamenti factio actiua negetur, cum certiffime mihi perſuaſus ſim teſtamenta, pariter ad ſpecies pactorum qualificarum pertinere, in pactis autem, ut ſupra demonſtrauiſmus, pupillus naturaliter obligatur nec diſpensatur a ſemel, in itis niſi ſenſerit aliquod damnum, per teſtamentum vero vires abundantes poſt mortem demum transferuntur, & tunc damnum non eſt verendum, ideoque pupillum teſtamenti factionem actiuam habere debere certum eſt; eadem enim eſt ratio in minore teſtamenti factionem actiuam habente, qui breui tempore annum ætatis decimum quartum numerauit, quæ in pupillo pubertati proximo. Vnde nihil niſi hoc defendere poteſt legum deciſionem, quod leges eſſe debeant media vniuerſalia, ideoque cum vires intellectus, seu prima pactorum principia, in vno paciſcentium ſubiecto tardius, in altero tempeſtiue creſcant, legiſlatori incubuit certum determinare temporis ſpatium, a quo facultas pacta & teſtamenta faciendi computanda; accedit, quod pupillo pubertati proximo, licentia, teſtamenti factio-

factionem actiuam a principe, per modum supplicationis impetrandi pateat, BRVNNEM. *in Comment. ad l. 4. C. qui test. fac. pos.* & hoc insuper est notandum, quod pupillus, si diem ultimam vitimi anni impubertatis attigerit, testari possit *L. 5. ff. qu. test. fac. pos.*

§ XXXVI. Hoc de pupillo satis sit dictum. Accedo ad *minores* qui annum ætatis decimum quartum supervixerunt, & iuribus pupillorum, seu potius personarum immaturitate iudicii laborantium æque pollent, ideoque & pacta illorum cum maioribus viginti quinque annis inita, si damnum qualecunque inde senserint, claudicare, & mediante pœnitentia interrumpi posse, nullum est dubium. Legislatori enim placuit circa pacta leges præscribere vniuersales, cum autem quod minores viginti quinque annis sibi ut plurimum paciscendo, & res suas alienando damnum intulerint, satis expertus est; ad illorum & reipublicæ utilitatem promouendam, iis in genere singula pacta, patrimonium diminuentia absque curatoris interuentione & consensu contrahere interdixit, prouti videre licet ex *L. 3. C. d. in integr. restit.*

§ XXXVII. Cum enim, ut verbis *L. I. ff. d. min. 25. annis* utar, *inter omnes constet, fragile esse atque infirmum minorum consilium atque multis captionibus suppositum, multorum insidiis expostum*, facultatem, mediante dissensu atque pœnitentia unilaterali, damnum atque diminutionem patrimonii sui ex pacto minus fauorabili inito verendam euitandi, suaque iura atque patrimonia incolumia seruandi, a legislatore sapientissimo impetrauerunt. Proptereaque qualecunque pactum contraxerint, vel iudiciale, vel extraiudiciale, vel expressum vel tacitum, si damnum emergens aut lucrum cessans, inde verendum sit, nec curatoris consensus interuenerit, impune ab eo recedere possunt; nec quid refert, si tertius veluti cessionarius interuenerit; cedens enim non plus iuris transferre potuit, quam ipse habuit & cessionarii repræsentant personam minoris, hinc eius ius atque priuilegium, ad commoda sibi promouenda non possunt non **vertere in executionem.**

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. Præterea, prouti §. præc. paucis monuimus, alleganti minori 25. annis ex pacto rite sed absque curatoris consensu celebrato, *damnum emergens* non modo, sed etiam *lucrum cessans* pœnitentiam unilateralem adhibendi in totumve pactum minus fauorabile in totum aut pro parte dissoluendi, conceditur facultas *L. 7. §. 8. ff. d. min. 25. annis.* Licet enim allegata lex de restitutione in integrum sermonem faciat, ideoque ad pacta minoribus 25. annis contrahere prohibita non quadrare videatur; hoc tamen nihil refert, & a restitutione in integrum ad pactum claudicans fieri posse argumentationem non inique arbitror; dato enim & concesso, quod minor & propter *damnum emergens*, & propter *lucrum cessans* restitutionis in integrum beneficio uti possit, quid impedit, quo minus facultate pœnitendi & ab initio, sed nondum impleto pacto recedendi uti queat? Licet enim impleat pactum, mediante tamen restitutione in integrum iterum dissoluere potest per legem allegatam, unde ad istos circulos vitandos cur implementum pacti statim ab initio abnegare nequeat, non intelligo? Accedit, quod singula minorum 25. annis pacta, absque consensu curatoris contracta pro nullis declarata sint a legislatore, & si certissima doceri possit utilitas, tantummodo valeant; sed si *lucrum cessans* in pacto a minore inito doceri potest; satis enim patescit *damnum*, cum *lucrum cessans* semper comprehendit *damnum emergens*; proinde & ex hoc capite innotescit nostra assertio. Legislatoris enim est voluntas, ut minorum 25. annis & pupillorum patrimonia ad utilitatem reipublicæ promouendam, non modo non minuantur, sed ut etiam augeantur. Hinc ex ea satis patet ratio, cur etiam propter causam *lucris cessantis* minoribus 25. annis permissum sit, pacta rite quidem sed absque curatoris interuentione inita interrumpere atque dissoluere, quoniam, si in casu *lucris cessantis* minoribus interdiceretur, ne a pactis, unde *damnum emergens* docere nequeant, recedant, certum patrimonii augmentum contra principis legislatoris intentionem interuenteretur. Et quid multis verborum opus est ambagibus? sufficit enim, quod defectus certi atque indubitati *lucris* etiam sit *damnum*.

§. XXXIX.

§. XXXIX. Pactum autem est vel expressum, vel tacitum; duplicia illa pactorum genera minor 25. annis per dissensum atque poenitentiam unilateralem tollere potest, si ipsi non sint utilia. Iam de pacto tacito agendum, ubi minoris voluntas & intentio secundum regulas probabilitatis est interpretanda, per poenitentiam vero corrigenda. Ita si minor in prædio suo urbano anno locationis præterlapso inquilinum tacentem & ulterius inhabitantem sciuerit; at alium conductorem prædii sui plus lucriferentem deprehenderit ex eo, quod prius pactum non sustulerit, sed tacite continuauerit, priori inquilino non tenetur, sed tacitum pactum per dissensum unilateralem tollere, posterioremque & plus offerentem conductorem in prædium suum recipere potest; quia, ut § præcedenti deductum, lucrum cessans idonea est causa, pacta a minoribus inita, siue tacita sint siue expressa, interuertendi.

§. XL. Pacta & negotia sunt vel extraiudicialia, vel iudicialia; in singulis minor 25. annis propter infirmitatem ætatis suæ lædi, & inde irreparabile detrimentum sibi contrahere potest, id quod, ut supra demonstrauius, a legibus est prohibitum. Semetipsum enim propter ætatis infirmitatem defendere nequeunt minores, & aliorum prudentiorum & ætate maiorum fraudibus atque captionibus sunt obnoxii. Hinc nemo negabit, eos etiam in pactis iudicialiter conuentis aut confirmatis capi, & propter læsionem imminentem, aut lucrum cessans & damnum emergens poenitentiam unilateralem adhibere & a pacto inito recedere posse.

§. XLI. Cum itaque minoribus permissum sit pacta sibi utilia & lucrum certum producentia contrahere, minus utilibus autem renunciare: hinc idem de transactionibus adserendum esse statuo. Per *L. 38. C. d. transactionibus* enim in transactione vel quid datur vel retinetur, vel promittitur, adeoque si minor ex transactione quid capiat, eius patrimonium augetur, propterea nec minori 25. annis facultas transigendi denegari potest; cum conditionem suam reddat meliorem. Verum enim

C

vero,

vero, si alias maius lucrum percipere potuerit, impune leges transactionis violare, atque poenitere eum potest, per rationes §. 38. deductas. Addatur *L. 1. C. si adv. transf.* Exempli loco esse potest transactio circa actionem iniuriarum æstimatoriam celebrata; quoniam enim minor de ista actione transigens maius lucrum ab iniuriante extorquere potest, quam ex inita transactione expectandum, nullum est dubium, quin ab ea recedere, & dictam actionem iniuriarum contra reum iniuriantem de nouo instituere possit.

§. XLII. Nec obstat *L. 18. C. de transact.* quæ transactionem de criminibus poenam extraordinariam tantummodo merentibus sub poena falsi interdicit atque prohibet. Quamuis enim actio iniuriarum per se & sua natura sit actio criminalis, & iniuriantem expectent coercitiones extraordinariæ, nec minus causæ iniuriarum controuersæ in Saxonia per modum processus accusatorii; durch den Rugen-Proceß, pertrahuntur; atque ideo transactionem illegitimam fore statuedum esset: ea tamen omnia me non tangunt; lex etenim alligata agit de criminibus non capitalibus *publicis*, quæ quilibet ex populo Romano accusare atque vindicare poterat, prouti communis est DD. sententia. Hoc autem longe aliter sese habet in illatis, & vindicandis iniuriis, quas vindicare actione aut criminali aut ciuili iniuriato solummodo, non vero tertio est permissum; propterea ex hac vnica ratione lex modo citata non est obtans, ex longa aña enim causa in actione iniuriarum æstimatoria, minoris 25 annis promouetur utilitas, eaque agens minor plus commodi acquirere potest, quam ex transactione cum, vel absque curatoris consensu celebrata, quoniam per hanc pretium & lucrum plerumque diminuitur. Verum ex causa cessantis lucri indubitati minor 25. annis pactorum vinculo, vt modo deductum est, interrumpere potest; quare nullus dubito, quin pariter a transactionis lege impune recedere possit. Transactio namque est pactorum species, & a genere ad speciem subsistit argumentatio. Quod tamen ad ipsam iniuriarum

rum attinet actionem, ea consentiente & interueniente curatore instituenda est, quoniam minor ante annum ætatis vigesimum quintum completum nondum pollet facultate standi in iudicio per *L. 11. C. d. procurat.*

§. XLIII. Minores 25. annis absque curatoris consensu res mobiles, & deficiente iudicis competentis causæ cognitione & decreto, res immobiles non possunt reddere deteriores atque alienare, *vid. tot. tit. ff. d. reb. eor. qu. sub tut. vel cur. sunt non alien.* Eam etiam ob causam pacta illorum, quibus patrimonium aut in totum aut pro parte infertur detrimentum, non subsistunt; ex quo facultas eiusmodi pactorum implementum negligendi pariter illucescit. Attamen, cum minores 25. annis in pactis contrahendis naturaliter obligentur, nemo vertet vitio, si statuamus: minores in omnibus pactis atque contractibus, quas celebrarunt, ad implementum compelli posse, a quibus adimplendis & seruandis eos legislator non dispensauit. Talem vero dispensationem in iure solummodo deprehendimus eo casu, si iactura patrimonii minorum sit verenda, hinc in reliquis pactis & contractibus, vbi patrimonium minorum detrimento non est obnoxium, nec lucrum cessans aut damnum emergens demonstrari poterit, minores plene obligantur ad leges pactorum, licet curatorum consensus deficiat. Inde patet ex *L. 5. ff. qui test. fac.* cur minoris testamentum rite conditum valeat, nec curatorum consensus ad hoc requiratur? quoniam nempe res & patrimonia minorum transferuntur in alium post mortem demum; qua secuta damnum in testatores non redundat.

§. XLIV. Quare naturali quidem & æquo nititur iuris Romani fundamento distinctio illa DD. diuidentium pacta minorum 25. annis absque curatoris consensu contracta, in pacta versantia circa res seu patrimonium deteriorandum, & circa facta prestanda. Priora, nisi lucratiua sint, absque curatoris consensu inita non producere obligationem certum est, & constat ex supra deductis. Posteriora autem minores propria autorita-

vero, si alias maius lucrum percipere potuerit, impune leges transactionis violare, atque poenitere eum potest, per rationes §. 38. deductas. Addatur *L. 1. C. si adv. transf.* Exempli loco esse potest transactio circa actionem iniuriarum æstimatoriam celebrata; quoniam enim minor de ista actione transigens maius lucrum ab iniuriante extorquere potest, quam ex inita transactione expectandum, nullum est dubium, quin ab ea recedere, & dictam actionem iniuriarum contra reum iniuriantem de nouo instituere possit.

§. XLII. Nec obstat *L. 18. C. de transfact.* quæ transactionem de criminibus poenam extraordinariam tantummodo merentibus sub poena falsi interdicit atque prohibet. Quamuis enim actio iniuriarum per se & sua natura sit actio criminalis, & iniuriantem expectent coercitiones extraordinariæ nec minus causæ iniuriarum controuersæ in Saxonia per modum processus accusatorii; durch den Rugen-Proceß, pertractentur; atque ideo transactionem illegitimam fore statuerendum esset: ea tamen omnia me non tangunt; lex etenim alligata agit de criminibus non capitalibus *publicis*, quæ quilibet ex populo Romano accusare atque vindicare poterat, prouti communis est DD. sententia. Hoc autem longe aliter sese habet in illatis, & vindicandis iniuriis, quas vindicare actione aut criminali aut ciuili iniuriato solummodo, non vero tertio est permixtum; propterea ex hac vnica ratione lex modo citata non est obstans, ex longe alia enim causa in actione iniuriarum æstimatoria, minoris 25 annis promouetur utilitas, eaque agent minor plus commodi acquirere potest, quam ex transactione cum, vel absque curatoris consensu celebrata, quoniam per hanc pretium & lucrum plerumque diminuitur. Verum et causa cessantis lucri indubitati minor 25. annis pactorum vinculo, vt modo deductum est, interrumpere potest; quare nullus dubito, quin pariter a transactionis lege impune recedere possit. Transactio namque est pactorum species, & a genere a pactum speciem subsistit argumentatio. Quod tamen ad ipsam iniuriarum

rum attinet actionem, ea consentiente & interueniente curatore instituenda est, quoniam minor ante annum ætatis vigesimum quintum completum nondum pollet facultate standi in iudicio per *L. 11. C. d. procurat.*

§. XLIII. Minores 25. annis absque curatoris consensu res mobiles, & deficiente iudicis competentis causæ cognitione & decreto, res immobiles non possunt reddere deteriores atque alienare, *vid. tot. tit. ff. d. reb. eor. qu. sub tut. vel cur. sunt non alien.* Eam etiam ob causam pacta illorum, quibus patrimonio aut in totum aut pro parte infertur detrimentum, non subsistunt; ex quo facultas eiusmodi pactorum implementum negligendi pariter illucescit. Attamen, cum minores 25. annis in pactis contrahendis naturaliter obligentur, nemo vertet vitio, si statuamus: minores in omnibus pactis atque contractibus, quas celebrarunt, ad implementum compelli posse, a quibus adimplendis & seruandis eos legislator non dispensauit. Talem vero dispensationem in iure solummodo deprehendimus eo casu, si iactura patrimonii minorum sit verenda, hinc in reliquis pactis & contractibus, vbi patrimonium minorum detrimento non est obnoxium, nec lucrum cessans aut damnum emergens demonstrari poterit, minores plene obligantur ad leges pactorum, licet curatorum consensus deficiat. Inde patet ex *L. 5. ff. qui test. fac.* cur minoris testamentum rite conditum valeat, nec curatorum consensus ad hoc requiratur? quoniam nempe res & patrimonia minorum transferuntur in alium post mortem demum; qua secuta damnum in testatores non redundat.

§. XLIV. Quare naturali quidem & æquo nititur iuris Romani fundamento distinctio illa DD. diuidentium pacta minorum 25. annis absque curatoris consensu contracta, in pacta versantia circa res seu patrimonium deteriorandum, & circa facta prestanda. Priora, nisi lucratiua sint, absque curatoris consensu inita non producere obligationem certum est, & constat ex supra deductis. Posteriora autem minores propria autorita-

te paciscentes semper & plenarie obligant, BRUNNEM. in repeti-
Paratit. Wesenb. Lib. II. Tit. XIV. quest. 27. Prouti enim ex *L. 12.*
ff. in fin. d. tut. & curat. dat. L. 41. ff. d. tut. & rat. distrab. L. 1. d.
Curat. Furios. & aliis dandis, satis innotescit, curator nihil est
 nisi administrator patrimonii minoris, nec personæ datus, sed
 rebus. Hinc etiam eius consensus & interuentio desidera-
 tur, si pactum sit ineundum circa res curandas, alienandas; in
 pactis autem, ubi minor facta præstanda determinauit, nihil de
 patrimonio deteriorando quæstionis est; proinde etiam non
 est opus, ut curatoris consensus interueniat, sed minor solus
 absque curatoris interuentione paciscens in totum tenetur
 nec id, quod semel pacto determinare maluit, poenitentia in-
 terrumpere potest. Exceptio enim firmat regulam in casibus
 non exceptis; atqui regula est: minores circa pacta contra-
 henda naturaliter obligari, ista autem naturalis obligatio a legis-
 latore tantum limitata est in pactis minorum de rebus & patri-
 monio suo contractis; hinc si pactum minoris res & patri-
 monium non pro obiecto habeat, procedit naturalis obligatio &
 minorem obstringit, ut id, quod per pactum promissum
 præstet.

§. XLV. Sed quoniam per facta in stipulationem dedu-
 cta & operarum præstationes minor 25. annis patrimonii sui
 condiciones ampliare, & certum emolumentum atque lucrum
 percipere potest, alii autem operas & facta præstantium dexte-
 ritatem magis æstimant aliis, & proinde compensationem seu
 præstationes reciprocas augent vel minuunt; hinc minor
 opus, quod v. g. Caio præstare promissum, Titio plus mercedi
 offerenti eodem tempore præstare potest, nec priori creditor
 Caio ad seruanda promissa obstrictus est, ideo quod, prouti supra
 §. XXXVIII. demonstraui, minor non modo a conditionibus pacti
 absque curatoris consensu initi eam ob causam recedere potest
 si diminutio patrimonii sui inde sit verenda, sed etiam si ex ali-
 quacunque ratione maius lucrum & emolumentum, quam ex
 presenti pacto, percipere potuisset. Cum enim iuxta *L. 7. §. 1.*
ff. d. mi

ff. d. min. 25. ann. propter lucrum, quod minor maius percipere potest, negotia iudicialia & publica autoritate, nec non curatore consentiente contracta dissolui possint, quidni negotium & pactum extraiudiciale, nec consentiente curatore contractum ex hoc capite dissolui, & implementum negari possit?

§. XLVI. Certum itaque atque indubitatum esse arbitror, minorem implementa pactorum sibi præiudicium inferentium negligere, & penitus, dissensu unilateraliter adhibito, dissolvere posse. Vnde mouetur quæstio: Numne medium quoddam a legislatore præscriptum sit, quo mediante minor ad singula capita pacti, propria autoritate initi, adimplenda adigi, & replica quadam exceptio pœnitentiæ illi competens remoueri possit? Plurimi DD. hoc adfirmant atque statuunt, quod si minor ea, quæ pactus est, absque curatoris consensu iuramento sese seruaturum promiserit, licet inde irreparabile damnum sentiat, promissis stare teneatur: CARPZOVIVS *P. 1. Const. 26. def. 13. n. 2. ibique allegati.* Producent *l. 1. C. Si adv. vendit. & authent. Friderici Imperatoris* huic legi substratam, & exinde probari posse credunt, quod iuramentum minorem faciat maiorem, & propterea in singulis pactorum generibus, a minore absque curatoris interuentione celebratis & iuramento confirmatis, firmissimam & ciuilem fingunt obligationem. BRUNNEM. *in comment. ad C. Si adv. vendit. & ad authent. Sacrament. pub.*

§. XLVII. Sed pace Doctorum dissentientium, & contra morem in praxi receptum, contrarium adsero, atque statuo; quod minores 25 annis, ætate lapsi, a pactis initis, iuramento corroboratis, illis tamen præiudicium atque irreparabile damnum inferentibus, recedere, & implementum negare possint; nisi consensus curatoris *L. 2. C. Si tut. v. curat. interu. aut iudicis tot. tit. ff. de reb. eor. qu. sub tut. v. cur.* accesserit, tunc enim puto, quod iuramentum pacto adiectum minoribus in tantum præiudicet, in quantum ex restitutione in integrum certissimum alias expectare possunt emolumentum; & sequentibus opinionem meam defendo rationibus & legibus.

§. XLVIII. *Lege 3. C. d. in integr. restitut.* pacta minorum patrimonium diminuentia, si curatoris constituti consensus non interuenerit, declarantur *nulla*; proinde minores his, quibus bonis interdictum est, seu prodigis non *ab simile* esse dicuntur. *L. 1. in fin. ff. de minorib. 25 annis* sancitum esse videmus: quod minoribus administratio patrimonii sui committi non debeat, licet res suas bene gerant. *L. 1. ff. de Curat. furios. & aliis &c.* Qui vero non habet rerum suarum administrationem atque dispositionem, neque poterit pacisci de rebus suis alienandis, & in alium transferendis, nisi curator patrimonii præpositus consentiat. Cum autem ex allegatis legibus satis constet, minori pacta patrimonium suum deterius reddentia absque curatoris consensu contrahere expresse prohiberi, etiam iuramentum, his illegitimis pactis adiectum, nihil potest operari per *L. 5. C. d. leg. & consuet. in fin.* ubi legislator expresse statuit: *Lege prohibente nec iuramentum admitti.* Sed leges, minoribus facultatem res suas absque curatorum consensu alienandi interdicens, sunt prohibitiuæ, hinc per iuramentum tolli non possunt, quippe quod tali ratione inuitaret ad delinquendum, & euaderet vinculum iniquitatis.

§. XLIX. Quoniam autem imperatori *lege 1. C. Si aduers. vendit.* & in substrata huic legi authentica placuit, minores pacta iniuriam iuramento præstito corroborantes plene obligatos reputare, illisue poenitendi facultatem & restitutionem in integrum propter vinculum iuramenti præstiti denegare; eius voluntatem aliqualem exitum habere oportet, illumque sequentem esse, non inique iudico: Quod si minores pacta patrimonii suo damnum inferentia, cum curatorum consensu nec proprio motu & auctoritate contraxerint, eaque sancte sese feruaturos iuramento præstito promiserint; restitutionis in integrum beneficio uti nequeunt, licet læsionem notabilem probare possint, quod alias, si pacto curatore consentiente contracto iuramentum non accesserit, minori permittitur per *L. 2. C. Si tut. vel curator.* Cum enim iudex & curator non præsumantur

tur mali, sed consensum in alienationem rerum minoris bonum in finem suppleturi, hinc legislator minori alienationem curatoris & iudicis autoritate celebratam iuramento præstito corroboranti recte non succurrit, sed alienationem & pactum de alienando declarat validum. Et, si læsi sint minores, ne utiquam a pacto iuramento munito recedere, & in integrum restitutionis beneficio uti possunt, dum quilibet beneficiis pro se introductis renunciare potest, & renunciatio iurata renunciationi non iuratæ præferenda; iudicem tamen & curatorem, absque iusta causa in alienationem rerum minoris consentientem, & ita in culpa aut dolo versantem conuenire, & contra illum ad interesse & damna præstanda agere possunt. Quam actionem DD. subsidiariam adpellant. Prouti patet ex *tot. tit. ff. § C. de Magistrat. Conu.*

§. L. Accedit, quod allegata *lex 1. C. si adu. vend. § authentica Friderici Imperatoris huic legi substrata* non de pactis minorum propria autoritate initis, sed de his agant, quibus curatoris aut iudicis consensus accessit. Sensus enim *L. 1. C. Si adv. Vend.* est: Si minor 25. annis emtori prædii cauisti, nullam te controuersiam (scilicet per restitutionem in integrum) moturum, idque iuramento confirmasti, tibi restitutionem in integrum non concedo. Trita autem est Doctorum adseritio: restitutionem in integrum supponere consensum aut curatoris aut iudicis; alias, si horum consensus deficiat, & minor ex pacto propria autoritate inito læsionem atque damnum sentiat, non opus est restitutionis in integrum beneficio, sed pactum initum est ipso iure nullum, quia minores talia pacta contrahere expressas per leges prohibentur, ut §. 48. deductum est. Hinc patet ex ea legum interpretatione, Imperatoris mentem non fuisse, ut iuramentum pactis ipso iure nullis adiectum, producere debeat obligationem; sed tantummodo, quod minor per iuramentum corporale, beneficio restitutionis in integrum renunciare possit, & exinde simul adparet, communem & in praxi receptam opinionem admodum esse duram. Vid.

Vid. BRUNNEMAN. *in comm. ad C. ad L. 1. C. si adu. Vend.* quae communem doctrinam proponit atque limitat.

§. LI. Venio nunc ad *prodigum*, qui neque tempus neque facultatem expensarum habet; sed bona sua dilacerando atque dissipando profundit, & propterea in *L. 1. ff. de Curat. furios. & alii extra min. dand.* res suas administrare prohibendus est. Hinc, si illi administratio rerum suarum interdicta, & curator datus fuerit, adparet, pacta circa res alienandas, propria prodigi autoritate inita atque celebrata, claudicantia esse, nec ad producendam firmam obligationem capacia. Exinde porro facultas ab implementatione eiusmodi pactorum recedendi, pro prodigo declarato competens, innotescit, & in eo conuenit *prodigus cum minore* cui, ut supra dictum, pariter interdictum est, per pacta propria motu conuenta patrimonii viscera dilacerare. Sed differt tamen *prodigus a minore* in eo, quod ille curatorem accipit impleta iam ætate legitima secus ac hic: *L. 1. C. d. curat. furios. & alii extra min. dandis.* Nec ob lucrum cessans, nec si ad factum præstanda sese pacto obstrinxerit, mediante dissensu unilateralis a pacto inito recedere potest, ut supra de minoribus dictum est, quia priuilegia personalia non trahi possunt in consequentiam: Conditionem tamen suam per pacta propria autoritate inita reddere potest meliorem. *L. 6. ff. d. V. O.*

§. LII. Licet enim pro prodigo declaratus annos minoræ ætatis excesserit, & propterea omnino pro habili ad contrahendum de patrimonio suo existimandus; nihilominus tamen per expressam legislatoris declarationem, ad ipsius proprium reipublicæ, & proximorum commodum promouendum, illi ad exemplum minorum, administrationem patrimonii sui interdictam esse videmus, propterea quod rebus suis pessime præest, & dissipando atque dilacerando bona sua speciem hominis furiosi præ se ferre videtur *L. 12. ff. d. curat. dat. ab his.* Proinde satis elucescit, illum iura prodigalitatæ non tangere, quod ad res suas deteriorandas atque dissipandas omnem nauat operam; sed qui pro prodigo a Principe expresse denominatus at

que declaratus est *L. 18. ff. qui test. fac. poss.* Si enim non accesserit declaratio Principis, quilibet obæratuſ seſe iactitare poſſet prodigum, eoſque ipſo ſolutionem debitam interuertere. Vnde manis eſt opinio IOH. ROBERTI ſtatuentis, interdictionem bonorum prodigo fieri ipſo iure; neque HARPRECHT *in proceſſu pag. 34. n. 6.* ſibimet ipſi fuit conſcius, dum adſerit, prodigum reſtitutionem in integrum petere poſſe, aduerſus ea, quæ geſſit, & pacto determinauit, antequam ei bonis a Principe interdictum fuerit.

§. LIII. Pro prodigo declaratus, propter immoderatum dilapidandi bona patrimonialia ſtadium, liberam rerum atque patrimonii amittit adminiſtrationem & diſpoſitionem. Proinde ſi negotia ſuſcipiat, & pacta contrahat, ſibi profutura, & patrimonii conditionem augentia, eo ipſo cadit prodigalitatſ præſumptio, & talia negotia atque pacta ſubſiſtunt, nec refert, licet curatoris conſtituti conſenſus pacto non acceſſerit, nec alter paciſcentium, ad pacta qualiacunque contrahenda omnino habilis, propterea a conditionibus pacti recedere poſteſt. Ceſſante enim cauſa ceſſet effectus; atqui cauſa, quare Princeps prodigo bonis interdicit, eſt immoderata rerum ſuarum diſſipatio: hinc legis ratione ceſſante, ceſſat etiam ipſa legis diſpoſitio. Propterea admodum ſingulare eſſe arbitror, quod teſtamenta pro prodigis declaratorum *L. 18. ff. qui test. fac. poſſ.* inuſalida atque nulla declarentur; morte enim ſubſequuta, licet omnia bona ſua transferat in exteros per teſtamentum pro prodigo declaratus, non redigi in pauperiem, nec inde onus & damnum redundare poſteſt in rem publicam, adeoque non committit factum, quod prodigalitatem ſapit, ſi modo teſtamentum rite fuerit conditum, nec quis læſus aut præteritus v. g. in legitima hereditatis portione; tunc enim corrueret teſtamentum ex alio capite.

§. LIV. Præterea dubia, quæ a Doctoribus in medium proferuntur, num pro prodigo declaratus, de patrimonio ſuo diſponens & nomina paſſiua augens valide obligari poſſit,

si pactum iuramento corporali confirmet, licet curatoris consensus deficiat? sunt nullius momenti, & supra §. 48. *sqq.* de cisa. Iura namque minoris & pro prodigo declarati circa patrimonium deteriorandum atque alienandum sunt paria, propterea leges quoad hunc passum quid statuentes de vno, recte applicari possunt ad alium. Hoc tamen hucusque notandum est, quod si quis *mutuum* contrahat scienter cum homine mutuatam pecuniam perdituro, licet pro prodigo non declarato nullam creditor habeat actionem sed pactum claudicat: & debitor non potest compelli ad restitutionem mutui. *L. 12. ff. mand. §. 11. L. 24. ff. de min. vigint. quinque annis.*

§. LV. Si demum pro prodigo declaratus mores corrigat & bonum sese patremfamilias exhibeat iuxta *L. 1. ff. d. cura furios. & alios*, desinit ipso iure esse in potestate curatoris, & liberam patrimonii sui administrationem recipit, eoque ipso per singula pacta de illo celebrata plenarie obligatur. Illa tamen ita capienda est legis dispositio, si nempe præcesserit sententia declaratoria Principis de resipiscentia pro prodigo declarato tunc enim demum desinit esse sub cura ipso iure, & liberam rerum suarum administrationem recipit; quoniam nihil æquius est, quam eo quid dissolvere iure, quo colligatum est: sed Princeps per expressam voluntatem prodige viventibus administrationem inhibet, illisue curatorem constituit; hinc necesse est ut ablatam administrationem patrimonii prodigis resipiscentibus iterum expresse concedat. BRUNNEM. *in Comment. ad ff. d. cura furios. & alios extr. min. dand.*

§. LVI. Pupillus itaque, minor 25 annis & pro prodigo declaratus, secundum ius naturæ ex quolibet pacto obligatur, sed propter immaturitatem iudicii, & pravam dilapidandi patrimonii consuetudinem pacta patrimonium diminuentia contrahere a legislatore civili prohibentur, nec ad administrationem rerum suarum admittuntur, ut ex antecedentibus satis adparet. Proinde insimul patescit; furiosum, ebriosum, ebrium, & infan-

huc non pertinere, quia illæ personæ modo recensitæ ne quæ de

dem naturaliter in pactis obligantur, nec suam conditionem meliorem, nec deteriore per pacta reddere possunt, quia neque facultatem neque voluntatem de rebus suis disponendi, aut de viribus suis abundantibus & deficientibus per pactum determinandi habent, & propterea a pactis contrahendis penitus arcendæ sunt. Vid. generatim de his personis STRYK. *in caut. contr. Sect. I. cap. 2. seqq.* Sic filiusfamilias de rebus paternis pacifcens, & foemina in fideiussione, ex alio capite ab implemento initi pacti dispensantur, ac illi pacifcentes, quibus iura pacti claudicantis competunt; proinde nec partes dissertationis nostræ occupant.

§. LVII. Sed de ciuitatibus, ecclesiis nec non reliquis *piis corporibus* intricata remanet controuersia decidenda: Num nempe, si curatores piorum corporum pacta minus lucratia contraxerint de bonis ad illa pertinentibus, pacta a curatoribus inita claudicent, nec ne? Affirmatiuam confirmat praxis notoria, & pia corpora, vt vulgo notum est, æquiparantur minoribus 25 annis, & certo certius egregiis gaudent priuilegiis, prouti patet ex *cap. I. X. de integr. rest.* secundum enim allegatam legem ecclesiæ & pia corpora contra quamcunque læsionem ex pacto restituntur, licet implementum iam iam subsequutum fuerit. Hinc si implementum adhuc deficiat, pacta claudicant, & priuilegiata corpora per vnilateralem dissensum conditiones initi pacti dissoluere possunt, ad imitationem pacifcentium immaturitate iudicii laborantium, quibus, vt ex antecedentibus notum, iura pacti claudicantis competunt.

§. LVIII. Verum enim vero cum ista priuilegia piis corporibus competentia æquaratione perlustramus, merito a communi & in praxi recepta opinione recedimus. 1) Namque patescit, piis corporibus & ecclesiis constitui curatores locupletes & solvendo existentes, *bemittelte Kirchen-Vorsteher*, quorum in bonis immobilibus de iure communi, & Saxonico hodierno, (vid. *allerneuestes Mandat, von Wiederherstellung der stillschweigenden Pfandgerechtigkeit*) hypotheca tacita hæret. 2) Ecclesia-

rum & piorum corporum curatores; minime autem ecclesia ipsa paciscuntur ut minores in pactis claudicantibus. Curatores vero piorum corporum non sunt ætate minores sed annis 25 maioribus adeoque ex lubrico ætatis capi nequeunt, sed ad pacta contrahenda omnimodo habiles existunt. 3) Imo alter paciscentium habet ius quæsitum ex pacto, cum curatore piorum corporum celebrato, quod immerito auferitur. 4) Curatores de administratione sua quotannis rationes reddere tenentur, ubi si res ecclesiasticas vel pii corporis male administraverint, eorum dolus vel culpa facile indigitari, hisque cognitis ad restitutionem damni compelli possunt. His suppositis rationibus iura piorum corporum a iuribus minoribus competentibus discrepare, nec a pactis claudicantia pertinere credimus.

§. LIX. Nec denique *vota* & pollicitationes pactis claudicantibus adnumerari possunt. Licet enim *vota præprimis* 1) recedant a naturali æquitate & supponant falsum principium, nempe subsecutam imaginariam auersionem præsentis periculi; 2) licet non curent necessitatem mutui consensus seu oblationem & acceptationem, posterior enim deficit; 3) licet impedita voluntatum per præsens periculum deliberatio de viribus suis abundantibus non attendatur, sed nihil ominis debitor promissis, et superstitione vaga originem trahentibus, stare teneatur: propterea tamen non claudicant, quoniam vouenti ab eo, quod semel determinauit, recedere non permittitur, licet obligatio ex præ adiectis rationibus sit imperfecta. *Vid. tot. tit. ff. d. pollic.*
 & LUDOVICI in doctrina ff. ad hunc tit.

§. LX. Multo minus cum FRANCISCO TORREBLANCA, IC Hispano, in libris suis quatuor de Magia anno 1613. editis lib. 1. cap. 6. n. 4. seqq. pactum sagarum cum diabolo initum ad speciem pactorum claudicantium refero, quoniam B. DN. THOMAS SIVS in suis Dissertationibus de Crimine Magiæ, & de origine ac progressu processus inquisitorii contra sagas conscriptis, communes olim de hac questione errores docte fustulit, & in dicta Dissertatione de origine ac progressu processus inquisitorii co-

tra sagas §. 37. in not. Lit. g. supra allegatum autorem excerpfit. Ridicula enim huius Icti est quæstio: Ad quos contractus pactum sagarum cum diabolo initum referendum sit? Magis ridicula subsequens decisio auctoris statuentis: Sagas inire cum diabolo contractum innominatum: *Do, ut facias,* & diabolum ex hoc pacto habere actionem contra sagas competentem *prescriptis verbis,* non tamen reciproce teneri ad pactum adimplendum, nec sagam propterea iustam conquerendi causam habere, quia contrahens non debeat esse ignarus conditionis eius, quocum contrahit.

§. LXI. Si vero duo paciscentes immaturitate iudicii, aut prava dilapidandi patrimonium adsuétude laborantes, vel pro prodigis declarati, concurrant paciscendo; nec curatorum consensus interuenerit; quæstio moueri potest: Num vnus paciscentium alterum absque curatoris aut iudicis consensu de patrimonio suo paciscentem ad implementum pacti compellere possit nec ne? Et negatiuam fouemus sententiam. Licet enim minores & pro prodigis declarati pactis sibi utilitatem absque curatoris consensu promouere non prohibeantur, vt ex antecedentibus clarum est, utilitatem tamen percipere nequeunt ab æque minoribus aut pro prodigis declaratis, quia his pacta patrimonium diminuentia propria autoritate contrahere prohibitum esse, supra deduximus. Hinc poenitendi facultas hoc casu vbique locum inuenit & vtrique competit paciscentium; nec regula, quod priuilegiatus contra æque priuilegiatum vti nequeat suo priuilegio, huc quadrat, quia priuilegium minoribus & prodigis competens est restitutio in integrum, hæc vero curatoris consensum & interuentionem in pactis, contra quæ adhibetur, supponit; sed pactum a minoribus vel pro prodigis declaratis propria autoritate celebratum est ipso iure nullum, nec producere potest obligationem, ideoque & restitutionis in integrum beneficio hic non est opus.

§. LXII. Quando itaque minores 25. annis, pro prodigis declarati, aut pupilli pactis absque curatorum consensu celebrandis sibi

promouere contendunt utilitatem; quod, ut ex antecedentibus satis constat, leges ciuiles non abrogarunt, eligant sibi debitores, nec immaturitate iudicii, nec praua dilapidandi patrimonium adfuetudine laborantes, sed ad pacta qualiacunque ineund omnimodo habiles, sic firmam & ex pacto competentem actionem contra debitores, certumue impetrabunt emolumentum. Contra vero si hoc negligant, infelicem suscepti negotii sentient exitum, nec hoc, quod in votis habuerunt, patrimonii augmentum sunt impetraturi, ex rationibus §. præcedentis adiectis.

§. LXIII. Illi enim, qui omnimodo sunt habiles ad paciscendum, nec immaturitate iudicii, nec praua dilapidandi patrimonium laborant adfuetudine, singula pactorum, quæ celebrantur, contenta adimplere tenentur, prouti ex natura determinationis virium abundantium & deficientium satis superque adparet, & supra in fundamento dissertationis nostræ deduximus. Nec ad paciscendum omnimodo habiles potest excusare, quod eiusmodi personis vires suas abundantes determinauerint, quibus reciprocas præstationes, & de viribus suis abundantibus atque deficientibus *certas* determinationes propria autoritate suscipere lege sit interdictum, quia ille, qui cum aliquo contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus eius conditionis, cum quo contrahit. Secus itaque res sese haberet, si omnimodo habilis ad paciscendum, penitus inhabili, nec naturaliter ad pacta contrahenda capaci, veluti infanti primæ infantia, vires suas abundantes non interueniente curatore aut eo, qui loco curatoris est, determinauerit; tunc enim promissis stare minime tenetur, quia alter, cui determinatio facta, ad paciscendum penitus inhabilis fuit, adeoque nec oblata acceptare, nec patrimonii sui condiciones augere potuit, sed iocose ipsi aliquid promissum censetur.

§. LXIV. Quid? quod, pariter est notandum, quod in pactis ab immaturitate iudicii aut praua dilapidandi patrimonium adfuetudine laborantibus propria autoritate celebratis

non exulent præstationes reciproæ, dummodo illæ eminentis lucrum non absorbeant, quoniam patrimonium, licet quid reciproce præstandum, nihilominus augetur. Cum autem alter paciscentium ad reciprocam præstationem iuxta tenorem pacti adimplendam agit, curatorem aut iudicem adire, & eius consensum ad impetrandam præstationem reciprocam expetere tenetur, quia is, qui reciprocas pacto determinauit præstationes de patrimonio suo suppeditandas, & ab actore lucrum certum & reale iamiam consecutus est, non habet patrimonii sui administrationem, nec de eo libere disponere potest, absque consensu curatoris aut competentis iudicis, hinc ut curatores aut iudices de promotâ utilitate cognoscant, eaque cognita reciprocas præstationes per pactum determinatas suppleant necesse est. Sin autem actor huic, cui incumbit reciproca obligatio, fidem habere velit, donec impedimentum & cura sublata fuerit, valide ab illo ipso id, quod pacto determinatum est, exigit, nec ante præteritum quadriennium opposita attenditur exceptio restitutionis in integrum, nisi emolumentum, quod ex pacto olim celebrato percepit debitor, in rem eius non fuerit verum *L. 3. § 5. ff. Commodat.*

§. LXV. Immaturitas iudicii aut praua dilapidandi patrimonium aduetudo, uti sæpius monui, legislatori ansam dedit supra recensitis personis contractus & pacta patrimonio damninum inferentia interdicere, nisi curatorum aut iudicis consensus interuenerit. Vnde cessante hoc impedimento propterea, quod leges prohibitiuas latas esse scimus, cesset etiam ipsa prohibitio, adeoque succedit valida obligatio eius, qui cum aliquo contrahit, & vires suas abundantes aut deficientes determinat. Ex quo simul innotescit, quod correaliter obligatus nec ad pacta contrahenda inhabilis, ea uti nequeat exceptione poenitentiae, quam alter correalis debitor, ob modo allegatas causas a pactis contrahendis arcendus, valide opponit, sed omne id, quod per pactum determinauit, integrum præstare tenetur, nec ab eo, quod semel placuit, recedere potest, quia ratio legis, quæ
vnum

num ob certas causas ab implemento pacti iniuri dispensat, minus idonee ob cessantem legis rationem adplicari potest ad alterum.

§. LXVI. Minores, prodigos, pupillos, ex iure naturali paciscendo obligari, supra monuimus; per ius autem civile illa naturalis obligatio certas ob causas modificata atque limitata est paciscentibusue certus terminus a quo constitutus, ubi facultates vires suas abundantes atque deficientes rite determinandi gaudere debeant. Hinc si a paciscentibus legalis neglectus fuerit terminus, negotium susceptum pro nullo atque irritum declaratur non tamen excluditur obligatio in tantum, in quantum alterum cum alterius damno locupletior factus est, proinde audiendum est is, qui supra memoratas personas in tantum ex iure naturali positivo obligatos probat, in quantum damno suo factæ sunt locupletiores *arg. L. 28. ff. d. dol. mal. L. 4. §. 29. ff. d. dol. mal. §. met. except. L. 51. ff. d. donat. int. vir. §. vx. Mandat. Sax. wider die Banquerutiers den 7. Jan. 1724. publicatum §. 15.* Exinde capere potest, quare minor 25 annis id, quod ex pacto bilaterali, propria autoritate contracto adquisiuit, iterum restituere teneatur si reciprocam præstationem adimplere nolit, dummodo id, quod adquisiuit, adhuc in bonis habeat, nec dissipauerit. *L. 10. ff. de Inst. Act.*

§. LXVII. Hoc, quod hactenus de pactis claudicantibus diximus, etiam ad feuda adplicari posse nullus dubito, dum ibi ex duplici ratione vasalli minores 25 annis a pactis feudali bona diminuentibus arcentur. 1) Quia iniuria ætatis minorem vasallum, absque curatoris consensu de feudo paciscentem ab implemento pacti in detrimentum feudi vergentis dispensat 2) quia vasallus de feudo neque in totum neque pro parte pacisci potest, nisi accedat domini directi, agnatorum, & simultanee inuestitorum consensus; distinguendum tamen esse ex istimo inter feudum antiquum, nouum, & hereditarium.

§. LXVIII

§. LXVIII. Claudicat pactum vasalli immaturitate iudicii laborantis de feudo aut alienando aut deteriorando absque curatoris consensu initum, nec producit obligationem ex tritis in dissertatione nostra rationibus. Sed circa pactum minoris vasalli de feudo hereditario alienando celebratum rationes supra adiectæ mere ciuiles solummodo sufficiunt, ad dissoluendum pactum illegitimum, nec domini directi consensus ad alienationem feudi valide perficiendam est de necessitate *II. Feud. 48.* Cum autem vasallus ætate minor circa pactum de feudo hereditario contractum curatoris sui consensum neglexit, & ex pacto, si impleat, notabile damnum sentit, promissis stare nulla ratione tenetur, sed pactum ipso iure dissoluitur, & insanabili laborat nullitatis vitio.

§. LXIX. Alia vero est quæstio, si vasallus ætate minor absque curatoris sui consensu & interuentione pactum de feudo immobili *nouo* contraxerit, & domini directi consensum ad alienationem vel totalem vel partiarum *feudi noui* impetrauerit, num pactum hoc claudicat? Et ad illam distincte respondeo quæstionem. Separanda nempe esse censeo feuda principi domino territoriali & directo simul subiecta, a rebus immobilibus priuatis a priuato in feudum datis. In posterioribus feudis certum est, pactum vasalli minoris absque interuentione curatoris, consentiente tamen domino directo de feudo nouo alienando initum claudicare & nullitatis vitio laborare, 1) quia supponimus rem immobilem alienandam, quæ absque iudicis competentis decreto & causæ cognitione inualide alienatur, minor vero vasallus non habet facultatem standi in iudicio, & propterea iudici negotium de re sua feudali immobili alienanda proponere non potest; quare vt illius curator interueniat necesse est, qui nomine minoris iudicem roget, vt de feudo immobili alienando cognoscat, & causa cognita decretum subministret. 2) Dominus directus priuatus non habet iurisdictionem, & id, quod

quod minori vasallo in feudum dedit, respectu domini territorialis est allodium, hinc eius consensus ad alienationem rite perficiendam non sufficit. 3) Feudum rei immobilis suppositum, quod etiam dantur feuda in rebus mobilibus consistentia, quod contra dissentientes optime vindicavit DN. ANDREAS MYLIUS P. P. Lipsiensis in Dissertatione sua *de feudo in pecunia consistente*, quorum sum B. L. remitto.

§. LXX. Si vero dominus directus in alienationem consentiens simul sit dominus territorialis & iudex competens, & ad preces supplices vasalli consensum perque curiam feudalem decretum de feudo alienando dederit, nec ætatem illegitimum vasalli minoris ignorauerit, pactum de feudo immobili alienando valide consistere nec claudicare posse, quibusdam defenditur rationibus: 1) quia Princeps dominus directus & territorialis simul, dum ad preces vasalli minoris congrue responderit a rigore iuris civilis recessisse & minori vasallo, quoad hunc actum standi facultatem in iudicio feudali concessisse præsumendus est: 2) quia per decretum curiæ feudalis subministratum, legibus civilibus satisfactum, quæ rerum immobilium ætate minores spectantium alienationem sine decreto iudiciali suscipiendam prohibent: 3) quia per consensum in feudi alienationem a Principe cæu domino directo datum etiam vitium deficientis domini directi consensus purgatum est: 4) accedit quod curia feudalis officium curatoris suppleat, & de necessitate alienationis feudi dignoscatur.

§. LXXI. At contrariam nihilominus foueo sententiam atque defendo quod pactum minoris vasalli de feudo *novo* alienando absque curatoris consensu celebratum claudicet, licet in §. priori recensitæ circumstantiæ coniunctim in eo deprehendantur. 1) Quoniam Princeps in dubio contra legem scriptas iudicare atque decidere non præsumendus est, sed potest

tius eas supponit: 2) quia voluntas expressa præferenda est voluntati tacitæ seu artificiali & ex factis concludentibus elicite: 3) quia licet prioribus rationibus subscriberemus, inane quid admitteretur dum minori per consensum domini territorialis directi in feudi alienationem non aufertur beneficium restitutionis in integrum propter læsionem notabilem, seu lucrum cessans & damnum emergens, vnde licet pactum implere teneretur minor, committeret circulum, dum per restitutionem in integrum ea, quæ impleuit & contrahenti tradidit, iterum repetere potest.

§. LXXII. In feudis antiquis per pactum alienandis vasallus ætate minor præter curatoris & domini directi etiam agnatorum & simultanee inuestitorum consensum impetrare tenetur *l. F. 39. § 52*. Quod si quid de his requisitis circa pactum de feudo antiquo alienando initum neglectum fuerit, hoc claudicat, & cessat civilis obligatio, adeoque facultas poenitendi minori vasallo competens hoc casu satis elucescit. Possem etiam alia capita de pacto claudicante recensere, quæ ad iura spectant feudalia, sed breuitati studens paucis tantummodo ostendere volui, nostram dissertationem etiam ad iura quadrare feudalia, & maturiorem lectori relinquo meditationem.

§. LXXIII. Hoc vnicum adhuc notandum esse iudico, si minor vasallus circa alienationem feudi domini directi consensum neglexerit, & creditori feudum quoad vsum & proprietatem tradiderit, secundum leges feudalis satis cognitæ privationem feudi meruit & feloniam commisit; quam poenam tamen mediante restitutionis in integrum beneficio euertere, & pacti initi conditiones interrumpere potest: ideoque & hoc casu pactum claudicat, & creditor vasallum eo non potest compellere, vt pacti conditiones impleat, sed exceptio facultatis poenitendi minori vasallo competentis, agentem protinus repellit a limine iudicii.

AXIOMA III.

Per pactum claudicans horum paciscentium, qui immaturitate iudicii, aut prava dilapidandi patrimonium adsuetudine laborant, promouenda est utilitas.

§. LXXIV. Cum pacta claudicantia eo tendant, ut paciscentium in axioma II. nominatorum promoueatur utilitas, *damnum* autem sit *utilitatis* oppositum, non inutile erit, si inquiramus, quo sensu utraque vox in iure capiatur. *Utilitas* omnino compendium, & id quod nostra interest, i. e. commoda atque lucra complectitur, L. 4. §. 7. ff. d. *damno infect.* L. 11. §. 18. ff. d. *act. emti.* *Versio in rem* autem comprehendit commodum reale & euidens, licet iniuria casus fortuiti & temporis interceptum fuerit. Hinc patet pacta minorum prodigi, &c. claudicare non tam propter cessantem *versionem in rem* sed potius deficientem *utilitatem*. *Damnum* e contra dicitur ab ademptione patrimonii L. 3. ff. *de damn. inf.* Proinde patet cessantem *utilitatem* etiam *damnum* sub se comprehendere.

§. LXXV. Quod immaturitate iudicii aut prava dilapidandi patrimonium adsuetudine laborantes, a pactis propria autoritate initis sibi non utilibus possint recedere, & implementum negligere est dispositio iuris civilis, & ex supra deductis cognosci potest. Naturalis enim obligatio in eiusmodi paciscentibus non penitus deficit, proinde licet ex iure civili contra illos paciscentes non competat actio, ius naturale tamen penitus non excluditur, sed paciscentes sæpius nominati in tantum iuxta ius naturale ex pacto celebrato tenentur, in quantum cum damno alterius facti sunt locupletiores, ut supra §. 66. iam dictum. Hinc satis luculenter cognosci potest, quare minores prodigi &c. in pactis sibi utilibus negare nequeant recipere præsta

præstationem, nisi vtilitatem percipiendam iactare velint; non minus eandem ob causam ad exceptionem læsionis vltra dimidium respondere tenentur, dummodo id, quod mediante exceptione illa recuperare sibi proposuit, excipiens, alter adhuc habeat in bonis, aut probata fuerit eius promotæ vtilitas. Melius rem illustrat exemplum: v. g. Caius a Titio minore rem emit pro centum thaleris, quæ a peritis postmodo vltra valorem viginti thalerorum non taxata fuit, & Titii minoris vtilitas per dictos centum imperiales promotæ est, nullus dubito, quin Titius venditor Caio emtori vltra dimidium læso id, quod supra viginti thaleros accepit, reddere teneatur.

§. LXXVI. Ex eodem fundamento, nempe promotæ immaturitate iudicii laborantium vtilitate, nec in *mutuo* semper facultas pœnitendi diclis personis competit, si modo creditor probationem in se suscipiat de mutuo data pecunia in rem atque vtilitatem debitoris versa, nec in probatione deficiat. Tunc enim certum est, debitorem ætate minorem ad restituendam pecuniam mutuo acceptam cum omni causa teneri, licet curator pacto non interfuerit, quia ex iure naturali obligatus debitor, dum accepta ex mutuo pecunia, vtilitatem sibi adquisiuit realem, nec creditoris mens fuit, vt debitor id, quod ex mutuo accepit restituere plane non debeat, proinde contra expressam & satis manifestam creditoris intentionem procedere nequit debitor. Secus autem res sese haberet, si debitor pecuniam mutuo acceptam male perdiderit nec sibi vtilitatem promouerit, tunc enim creditor propter cessantem debitoris vtilitatem ex mutuo perceptam nullam pecuniæ mutuo datæ expectare potest restitutionem, nunquam enim talis debitor sese firmiter obligat per pactum propria autoritate celebratum, nisi exinde certum sentiat patrimonii augmentum.

§. LXXVII. Quod pacta plurima ad vtilitatem promouendam & lucrum percipiendum contrahantur, neminem fore puto, qui dubitet, alias enim si ille finis pactorum defecerit, negotium, circa illa celebranda susceptum superuacaneum, es-

set. Verum enim vero, illos, qui in maturitate iudicii aut prava dilapidandi patrimonium adfuetudine laborant, finem pactorum ut plurimum negligere, & determinando vires suas aut abundantes aut deficientes saepe numero decipi videmus; proinde legislatori de eo, quod ut plurimum fieri, solet, prospicere & his, qui ex vitio ætatis, aut peruersa dilapidandi patrimonium adfuetudine saepe numero paciscendo decipiuntur & damna incurrunt, curatorem adiungere incubuit, qui ad singula negotia accedat, & de utilitate aut detrimento ex pactis percipiendo cognoscat, ut eo ipso & curandorum, & reipublicæ salus promoueat.

REMEDIA FORENSIA.

Exceptio pacti claudicantis competit pupillis pubertati proximis, minoribus, & pro prodigis declaratis, qui absque curatorum interuentione & consensu de patrimonio suo aut alia de causa pacti sunt, aduersus compaciscentes sui iuris existentes ad id, ut mediante exceptione pacti claudicantis implementum initi pacti denegare, & agentem a limine iudicii repellere possint.

Actio de in rem verso aut promota utilitate instituenda competit actori contra pupillos, pubertati proximos, minores aut pro prodigis declaratos, ad id, ut in tantum, in quantum damno agentium realiter locupletiores facti fuerint, respondeant, & agenti satisfaciant.

F I N I S.

C O R O L L A R E.

Iuramentum iudiciale necessarium, quod iudex vni ex partibus causa cognita defert; alteri parti iterum referri seu potius de nouo deferri potest, per rationes in cathedra defendendas & legem 12. §. 1. C. de reb. cred.

NOBI

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

Q Vos apud nos profectus legum scientiæ fecisti haud exiguos, hos in Academia Lipsiensi Te non diminuisse, sed auxisse satis & vberius, præsens testatur dissertatio Tua inauguralis, *de pactis claudicantibus*: in qua cum doctrinam Tuam firmo talo stare deprehenderim, ac omnia philosophice & iuridice, vbique docte elaborata; nihil addidi, nihil deleui, sed ab omni litura, quam nonnullibi meditabar, lubens abstinui, satis persuasus, quod, quæ dubia videri possint, in cathedra pro virili sis defensurus. Ita enim in utroque examine ordini nostro iuridico Te probasti, ut inter digniores Candidatos Te referre haud dubi-

dubitauerit. Superest, vt, quibus theoreticis
imbutus es doctrinis, has in praxin deducas gra-
nuinam, ne vnquam temeretur iustitia. In
tuum erit, in posterum, causas legitime peror-
re pro cancellis, innocentes defendere, crimina
vbi inique inferuntur, diluere & propulsare, cal-
lumniantium vero iniquitates expellere, praeser-
sertim, si quando ascenderis sellam praetorianam
in qua, vt iustus euadas iudex, nunquam regu-
las & cautiones, a me quotidie suppeditatas di-
discas, est quod plane confido, atque ita futu-
rum spero, ne vnquam Tibi desint iustitiae pra-
mia, tam huius quam futuri saeculi. Secundo
Tibi vsque adhuc fuit fortuna, patremque, quem
fata infanti eripuerunt, egregie restituit in per-
sona Viri Venerandi IOANNIS GODOFREDI LANGI
Quaestoris apud Vos & mercatoris celeberrimi
amici mei aestimatisimi, addiditque legitimam
portionem cum vsuris centesimis. Hunc igitur
veri parentis instar venerari fas est. Vale. Nun-
quam tibi iustitiae memori nuncius fortunae erit
claudicans. In Fridericiana, d. XII. Maii
CICIO CCXXXV.

